tur. Pleriq; aũt a ſpecie & nitore phœbum. i. καφόραν καί λάμπρον dictum putãt. item Phaneta appellant ἀπὸ τοῦ φαίνειν ἐπιλαμφαίν ἑταίνεος: quia ſol quotidie renouat ſeſe. Vnde Virgilius: Mare nouum. Camerieſes qui ſacram ſoli incolũt inſulã ἀεὶ γενέτην Apollini imolãt τῶ τὸν αὐτὸν ἀεὶ γίγνεσθαι καὶ ἀεὶ γεννᾶν: ideſt ꝙ ſemper exoriens gignit̃: quiq; ipſe generat uniuerſa: ſeminãdo: fouendo: ꝓducendo: alendo: augendoq;. Apollinis Lycii plures accipimus cognominis cauſas. Antipater ſtoicus lycium Apollinẽ nuncupatũ ſcribit ἀπὸ τοῦ λευκαίνεσθαι πάντα φωτίζοντος ἡλίου. Cleãthes Lyciũ Apollinem appellatũ notat ꝙ ueluti lupi pecora rapiũt: ita ipſe quoq; humorẽ eripit radiis. Priſci græcoꝝ primã lucem quæ ꝓcedit ſolis exortus λύκην appellauerũt ἀπὸ τοῦ λύκου. i. tẽporis. hodieq; lycophos cognominant de quo tpe ita poeta ſcribit: ἦμος δ᾽ οὔτ᾽ ἄρ πω ἠώς ἐστι ἀμφιλύκη νύξ. idẽ Homerus: εὔχεο δ᾽ Ἀπόλλωνι λυκηγενέτῃ κλυτοτόξῳ qd̃ ſignificat τῷ γεννῶντι τὴν λύκην q generat exortu ſuo lucem. Radiorũ. n. ſplendor propinquitatẽ ſolem longe lateq; præcedens aut atq; caliginẽ paulatim extenuans tenebraꝝ parit lucẽ Neq; minus romani ut pleraq; alia ex græco ita & lucẽ uidenẗ a lyce figuraſſe. Annũ quoq; uetuſtiſſimi græcoꝝ λυκάβαντα appellant τὴν ἀπὸ τοῦ λύκου ideſt ſole βαινόμενον καὶ μετρούμενον λύκον ãt ſolẽ uocari ẽt Lycopolitana Thebaidos ciuitas teſtimonio eſt: quæ pari religiõe Apollinẽ itẽq; lupũ hoc ẽ λύκον colit in utroq; ſolẽ uenerãs ꝙ hoc aĩal rapit & cõſumit oĩa in modũ ſolis ac plurimũ oculoꝝ acie cernẽs tenebras noctis euincit: ipſos quoq; λύκους a lyce. i. a luce prima appellatos qdam putãt: qa hæ feræ maxime id tps aptum rapiendo pecori obſeruant ꝙ ante lucanũ poſt nocturnam famem ad paſtũ ſtabulis expellitur. & Apollinẽ πατρῷον cognominauerunt non propria gentis unius ac ciuitatis religione ſed ut auctorẽ progenerandarũ oĩum rerũ ꝙ ſol humoribus exiccatis progenerandaꝝ oĩbus præbuit cãm: ut ait Orpheus πατρὸς ἔχοντα νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν. Vnde nos quoq; Ianũ patrẽ uocam9 ſolem ſub hac appellatione uenerantes. νόμιον ἀπόλλωνα cognominauerunt. non ex officio paſtorali: ut fabula per quã fingitur Admeti regis pecora paviſſe. Sed quia ſol paſcit oĩa quæ terra ꝓgenerat unde nõ unius generis: ſed oĩum pecorum paſtor canitur: ut apud Homeꝝ Neptuno dicẽte φοῖβ᾽ ἑ σὺ δ᾽ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες: atq; idem apud eundem poetam equarũ paſtor ſignificatur: ut ait.

τὰς ἐν Πιερίῃ θρέψ᾽ ἀργυρότοξος Ἀπόλλων

ἄμφω θηλείας φόβον Ἄρηος φορεούσας

Præterea ædes ut oĩum paſtorũ ſunt apud camirẽſes ἐπιμηλίου apud naxios ποιμνίου itemq; deus ἀρνοκόμης colitur: & apud leſbios ναπαῖος. Et multa ſũt cognomina per diuerſas ciuitates ad dei paſtoris officiũ tendẽtia: Qua pp uniuerſi pecoris antiſtes & uere paſtor agnoſcit̃ Apollo ἐλελεὺς appellat̃ ἀπὸ τοῦ ἑλίττεσθαι περὶ τὴν γῆν: ꝙ æterno circa terrã meatu ueluti uolui uı̃: ut ait Euripides ἥλιε θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα πολλοῦ πυρός: ut ait empedocles οὕνεκα ἑλισθεὶς μέγαν οὐρανὸν ἀμφιπολεύει ὑπαλλάττων ἀπὸ τοῦ συναλίζειν καὶ συναθροίζειν τοὺς ἀνθρώπους ὅταν ἀνατείλῃ: ꝙ exoriẽs hoĩes cõducit ĩ cœtũ Apollo chryſocomos cognomiet a fulgore radioꝝ: quos uocat comas aureas ſolis: uñ & ἀκερσεκόμης: ꝙ nũq̃ radii poſſũt a frõte lucis auelli. itẽ argyrotoxus ꝙ enaſcẽs ꝑ ſũmũ orbis ambitũ uelut arcus qdã figurat̃ alba & argẽtea ſpẽ: ex quo arcu radii ĩmodũ emicant ſagittaꝝ. σμινθεύς. cognominat̃ ὅτι ζέων θεῖ qa feruẽs currit: καρνεῖος ὅτι καιόμενος ὁρᾶται νέος: uel ꝙ cũ oĩa ardentia cõſumant̃: hic ſuo calore cãdẽs ſemp nouus

Lupus unde

Eleus

Chryſocomo argyrotoxu

Sciallius
Tymbreus
phileſius

conſtat. Item ἀπολλων σκιαλλιος οτι τας κυνησει αλλοιασ ποιει nobis auſtro currens. θυμβραιος οτι τους ομβρους ποιει q eſt deus imbricitor. ἀπολλων φιλησιος q lumen eius exoriens amabile amiciſſima ueneratione oculorum conſalutamus: ἀπολλων πυθιος ουκ απο του πυθεσθαι. i. non a conſultatione oculorum dictus a phyſicis exiſtimatur ſed απο του πυθειν. i. σηπειν: q nunq̄ ſine ui caloris efficitur: Hinc ergo πυθων dictum exiſtimant: licet hoc nomen ex nece draconis inditum deo græci fabulentur. Quæ tñ fabula non abhorret ab intellectu naturalis arcani: quod apparebit ſi percurratur ordo qui de Apolline naſcēte narrat: ſicut paulo ſuperius enarraturum me eſſe promiſſi. Latonæ Apollinem Dianamq; pariture Iuno dicitur obſtitiſſe. Sed ubi qñq; partus effuſus eſt: draconem ferunt qui πυθων uocitabat deorum cunas inuaſiſſe: Apollinemq; in prima infantia ſagittis belluam cōfeciſſe quod ita intelligendum naturalis ratio demonſtrat. Namq; poſt chaos ubi primū cœpit confuſa deformitas in rerum formas & elementa niteſcere: terraq; adhuc humida ſubſtātia in molli atq; inſtabili ſede naturet: conualeſcente paulatim æthereo calore atq; īde ſeminibus in eam igneis defluentibus hæc ſydera edita eſſe credūtur & ſolem maxima caloris ui in ſuperna raptum. Lunam uero humidiore & uelut fœmineo ſexu naturali quodam preſſam tpe inferiora tenuiſſe tanq̄ ille magis ſubſtantia patris conſtet: hæc

Latona

matris. Siquidē Latona phyſici uolunt terram uideri: cui diu interuenit Iuno ne numina quæ diximus ederentur: Hoc eſt aer qui tūc humidus adhuc grauiſq; obſtabat

Delos
quare dicitur
Ratio naturalis de nece phythonis

ætheri. ne fulgor luminū per humoris aerei denſitatem tanq̄ ex cuiuſdam partus pgreſſione fulgeret. Sed diuinæ prouidētiæ uicit inſtantia: quæ creditur iuuiſſe partū. Ideo in inſula Delo ad confirmandā fidē fabulæ ædes prouidentiæ: quā σινοον προνοια appellant pata religione celebrat. Propterea in inſula dicūtur nati: q ex mari nobis oriri uidentur. Hæc inſula ideo delos uocat: quia ortus & quaſi partus luminum oīa facit: δηλα. i. aperta caleſcere. Hæc eſt aūt de nece draconis rō naturalis: ut ſcrib. Antipater ſtoicus. Nam terræ adhuc humidæ exhalatio meando in ſuperna uolubili impetu atq; inde ſeſe poſtq̄ calefacta eſt: inſtar ſerpentis mortiferi in inferiora reuoluendo corrūpebat oīa ui putredinis: q non niſi ex calore & humore generat: ipſumq; ſolem denſitate caliginis obtegendo nebulā uidebatur quodāmodo lumē eius eximere. Sed diuino feruore radiorum tandem uelut ſagittis incidentibus extenuata exiccata

Alia rō

enecta interempti dracōis ab Apolline fabulam fecit. eſt & alia rō draconis pempti. Nā ſolis meatus licet ab ecliptica linea nunq̄ recedat: ſurſum ac tñ deorſū uentorum uices certa de flexiōe uariādo iter ſuum uelut flexū draconis īuoluit. Vnde Euripides πυργεννη δεδρακον ολον ηγειται τοισ τετραμορφοισ ωραισ ζευγενυ αρμονια οπλον του πολυκαρπου οχημα. Sub hac ergo appellatiōe cæleſtis itineris ſol cū cōfeciſſet ſuū curſum: draconē confeciſſe dicebat. Inde fabula exorta eſt de ſerpen

Sagittæ
Apollinis
Ecebalus

tis nece. Sagittarum aūt noīe nō niſi radiorum iactus oſtendit: q tunc lōgiſſimi intelliguntur: quo tpe altiſſimus ſol diebus lōgiſſimis ſolſtitio æſtiuo conficit annū curſum unde εκηβολοσ dictus καὶ εκατβολοσ e longiſſimo altiſſimoq; radios in terram uſq; dimittēs. De pythii cognomine ſufficere iſta potuiſſent: ni hæc quoq; rō eiuſdē appellationis ingereret. Cū enim ſol in ſigno cācri æſtiuū ſolſtitiū facit: in quo eſt longiſſimi diei terminus: & inde retrogreſſum agit ad diminutionē dierum: Pythius eo tpe appel

Quando
pythius dr
Apollo

lat ωσπυμα τον δεων οεσι τελευταιοσ δρομον τρεχω. Idē ei nomē cōuenit. & cū capricornū rurſus ingrediens ultimum breuiſſimi diei curſum intelligit peregiſſe: & iō in alterutro ſignorum peracto annuo ſpatio draconē Apollo. i. flexuoſum iter ſuum

confeciſſe memoratur. Hanc opinionem Cornificius in etymis rettulit. Ideo aũt his
duobus ſignis quæ portæ ſolis uocantur: cancro & capricorno hæc oĩa cõtigerunt ꝗ
cancer animal retro atq; obliquæ cedit. Eademq; rõne ſol in eo ſigno obliquum (ut ſo
let) incipit agere retrogreſſum. Capræ uero cõſuetudo hæc in paſtu uidet̃: ut ſemper
altum paſcẽdo petat. Sed & ſol in capricorno incipit ba imis in alta remeare απολλο
να Διδυμαιον uocant: ꝙ geminam ſpẽm ſui numinis præfert ipſe illuminando for-
mandoq; lunam Et. n. ex uno fonte lucis gemino ſydere ſpacia diei & noctis illuſtrat.
Vnde & romani ſolem ſub noĩe & ſpecie anni didymari Apollinis appellatione uene
rantur απολλωνα Δελφιον uocant: ꝙ quæ obſcura ſunt claritudine lucis oſtendit
εκ του δηλουν αφανη: Aut ut Numenio placet: quaſi unum & ſolum. Ait. n. priſca
græcorum lingua Δελφον unum uocitari: unde & frater inquit αδελφος dicitur:
quaſi iam nõ unus. Hieropolitani præterea qui ſunt gentes aſſyriorum: oẽs ſolis effe
ctus atq; uirtutes ad unius ſimulacri barbati ſpẽm redigũt: eundemq; Apollinem ap
pellant. Huius facies prolixa in acutũ barba figurata eſt eminente ſup caput calatho.
Simulacrum thorace munitũ eſt. Dextera erectam tenet haſtã ſuperſtante uictoriæ
paruulo ſigno. Siniſtra floris porrigit ſpeciem: ſummiſq; ab humeris gorgoneum ua
lamentum redimitũ anguibus tegit ſcapulas. Aquilæ pp exprimunt iuſtar uolatus.
Ante pedes imago fœmina eſt: cuius dextera leuaq; ſunt ſigna fœminarum. Ea cingit
flexuoſo uolumine draco. Radios in terrã ſuperne iaci barba demiſſa ſignat Calath9
aureus ſurgens in altum monſtrat ætheris ſummũ: unde ſolis creditur eſſe ſubſtãtia.
Haſtæ atq; loricæ argumento imago adiungitur Martis: quem eundem ac ſolem eẽ
ꝓcedens ſermo patefaciet. Victoria teſtatur cuncta ſummitti huius ſyderis poteſta
ti. Floris ſpecies flore rerum proteſtatur quas hic deus inſeminat progenerat: nutrit:
fouet: maturatq;. Species fœminea terræ imago eſt: quã ſol de ſuper illuſtrat. Signa
duo æque fœminea: quibus ambitur: hylem naturamq; ſignificant cõfamulantes. Et
draconis effigies fluxuoſum iter ſyderis monſtrat. Aquilæ pp altiſſimam uelocitatẽ
uolatus altitudinem ſolis oſtendunt. Addita eſt gorgonea ueſtis ꝗ Minerua quam
huius præſidem accipimus ſolis uirtus ſit. Sicut & porphirius teſtat̃ Mineruam eſſe
uirtutem ſolis: quæ humanis mentibus prudẽtiam ſubminiſtrat: Nam ideo hæc dea
Iouis capite prognata memoratur. i. de ſumma ætheris pte edita: unde origo ſolis ẽ.

Cancer & Capricornus dicũtur portæ ſolis

Didimę9

Delphius

Simulacrum Apollinis

Ethimologia de apollinis ſimulacro

Minerua quid eſt

¶ De libro patre: ꝙ idem ſol & liber pater. Cap.

h Aec quæ de Apolline diximus poſſunt ẽt de Libero dicta exiſtimari. Nã
Ariſtoteles: qui thelogumena ſcripſit: apollinem & liberum patrem unũ
eundemq; deum eſſe cum multis aliis argumentis aſſeuerat tum ẽt apud
ligyreos ait in thracia eſſe adytum Libero conſecratum. Ex quo redduntur oracula.
Sed in hoc adyto uaticinantur plurimo mero ſumpto: uti apud Clarium aqua po-
ta effantur oracula. Apud lacedæmonios & ſacris quæ apollini celebrant hyacinthia
uocantes hædera coronantur bacchico ritu. Itẽ Boetii parnaſum montẽ Apollini cõ-
ſecratum eſſe memorantes ſimul tñ in eodẽ & oraculũ delphicũ & ſpeluncas bacchi
cas uni deo cõſecratas colunt. Vnde & Apollini & Libero patri in eodem monte res
diuina celebratur. Quod cum & Varro & Granius Flaccus affirment: ẽt Euripides
his docet Διονυσοισ θυρσοισ και νεβρων δοραισ καθαπτοσ εν πευκαισι παρνα
σον κατα πηδα χορευων hoc monte parnaſo baechanalia alternis annis aguntur:
ubi & ſatyrorum (ut affirmant) frequens cernitur cœtus: & plerunq; uoces propriæ
exaudiuntur. Itemq; cymbalorum crepitus ad aures hoĩum ſæpe perueniũt: & ne qs

Apud ligyreos uaticinantur

Mero ſumpto apud clarium

opinetur diuerſis diis parnaſum montem dicatum:idem Euripides in licinio Apollinem Liberumq; unum eundemq; deũ eſſe ſignificans ſcribit. Δεσποτα φιλοδαφνε βακχε παιαν απολλον ευλυρε Ad eandẽ ſententiã Aeſchylus ωκισσευσ απολλον ωβαχε ωμαντισ. Sed licet illo prius aſſerto eundem eſſe Apollinem ac ſolem. edoctoq; poſtea ipſum eſſe Liberum patrẽ qui Apollo eſt: nulla ex his dubitatio fit ſolẽ ac Liberum patrem eiuſdẽ numinis habendũ. Abſolute tñ hoc argumentis liquidioribus aſtruetur. In ſacris.n. hæc religioſi arcani obſeruatio tenetur: ut cum ſol in ſupero.i. in diurno hemiſpęrio eſt: Apollo uocitetur: cum in infero.i. nocturno Dionyſius qui eſt liber pater habeat᷑: Itẽ liberi patris ſimulacra partim puerili ætate partim iuuenis fingunt. Præterea barbata ſpecie ſenili quoq; uti græci eius quem Bacchapæã: itẽ quem Briſſea appellant: & ut in campania neapolitani celebrant Ebona cognominantes. Hæ aũt ætatum diuerſitates ad ſolem referuntur ut paruulus uideatur hyemali ſolſtitio: qualem ægyptii: ꝓferunt ex adyto die certa: q; tunc breuiſſimo die ueluti paruus & infans uideatur. Exinde aũt procedentibus augumentis æquinoctio uernali ſimiliter atq; adoleſcentis adipiſcitur uires: figuraq; iuuenis ornatur. Poſtea eius ætas ſtatuitur pleniſſima effigie barbæ ſolſtitio æſtiuo: quo tpe ſummum ſui conſequitur augmentum: Exinde per diminutiones ueluti ſeneſcẽti quarta forma deus figuratur. Itẽ in thracia eundem haberi ſolẽ atq; Liberum accipimus: quem Sebadium nũcupãtes magnifica religione celebrant ut Alexander ſcribit: eiq; deo in colle zilmiſſo ædes dicata eſt ſpecie rotunda: cuius mediũ inter pater tectũ. Rotunditas ædis mõſtrat huiuſce ſyderis ſpẽm: ſummoq; tecto lumẽ admittit᷑ ut appareat ſolẽ cũcta uertice ſummo luſtrare lucis immiſſu: & qa oriente eo uniuerſa pateſiunt. Orpheus quoq; ſolem uolens intelligi ait iter cætera τηκων αιθερα διον ακινητον επρινοντα εξανεφηνυ θεοισι οραν καλλιστον ιδεσθαι ον δη νυν καλεουσι φανητα τε και διονυσον ευβουληα τ ανακτα και ανταυγην αριδηλον αλλοι δ αλλο καλουσιν επιχθονιων ανθρωπων: πρωτος δ ες φαος ηλθε διονυσος δ επεκληθη ουνεκα δινει ται κατα απειρονα μακρον ολυμπον αλλαχθεισ ονομα εσχε προσωνυμιας προς εκαστον παντοδαπας κατα καιρον αμειβομενοιο χρονοιο Phaeta dixit ſolem απο του φωτος.i. a lumine atq; illuminatiõe: qa cũctis uiſitur cuncta cõſpiciens. Dionyſius ut ipſe uates ait απο του δινεισθαι και περιφερεσθαι.i. q; circũferatur in ambitũ: unde Cleanthes ita cognominatum ſcribit απο του διονυσαι quia quotidiano impetu ab oriente ad occaſum diem noctemq; faciendo cæli conficit curſum. Phyſici διονυσον διοσ νουν quia ſolem mundi mentem eſſe dixerunt. Mundus aũt uocat᷑ cælum quod appellant Iouem. Vnde Aratus de cęlo dicturus ait. εκ διοσ αρχωμεσθα Liber a romanis appellat᷑: q; liber & uagus ẽ: ut ait Neuius. Hac q̃ ſol uagus igneas habenas immittit propius iungatq; terræ. Idẽ uerſus orpheici ευβουληα uocãtes boni conſilii hunc deum præſtitem monſtrant. Nam ſi conceptu mentis cõſilia naſcunt᷑ mundi aũt mentẽ ſolem opinantur auctores: a quo in hoĩes manat intelligendi principium merito boni conſilii ſolem antiſtitem crediderunt. Solem liberum eſſe manifeſte pronunciat Orpheus hoc uerſu: ηλιοσ ον διονυσον επικλησιν καλεουσιν: Is quidẽ uerſus abſolutior: ille uero eiuſdem uatis operoſior: εισ ζευσ εισ αιδησ εισ ηλιοσ εισ διονυσοσ. Hui9 uerſus auctoritas fundat᷑ oraculo Apollinis Clarii in quo aliud quoq; numẽ ſoli adiicit᷑: q in iiſdẽ ſacri uerſibus inter cætera uocat᷑ ιαω. Nã cõſultus Apollo Clarius qs deoꝝ habẽdus ſit: q uocat᷑ ιαω ita effatus eſt ορπα μεν. Huius oraculi uim numinis: noĩſq; interꝑtationẽ qua Liber pr̃ & ſol ιαω ſignificat᷑: executus

Simulacrũ bacchi in ſpẽ. pueri & iuuenis & ſenis

Baccha pæã

Briſſeus

Ebona

Sebadius bacch9 dicit᷑ apud Thraces

executus eſt Cornelius Labeo in libro cuius titulus eſt: De oraculo Apollinis Clarii
Item Orpheus Liberum atq; ſolē unū eſſe deum eundēq; demonſtrans de ornatu ue
ſtituq; eius in ſacris liberalibus ita ſcribit: αυτα τε πάιτα: Hinc & Virgilius ſcribēs Li
berū pr̄em ſolē eſſe & Cererē lunā q pariter fertilitatibus glebæ & maturādis frugib9
uel nocturno tēperamēto uel diurno calore moderant̄: Veſtro ait ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta. Solem uero terrenæ eſſe fœcunditatis au
ctorem idem poetæ profano mox docuit exemplo: cum ait. Sæpe etiam ſteriles incē
dere profuit agros: & reliqua. Si.n. hoīum cōmēto ignis adhibitus multiplex præſtat
auxilium: quid aſcribendum eſt æthereo ſolis calori.

¶ De Marte Cap.

Væ de Libero patre dicta ſūt: hæc Martē eundē ac ſolē eē demonſtrant: ſi
q quidē pleriq; Liberū cū Marte cōiungūt unū deū eſſe monſtrantes. Vnde
Bacchus ενυαλιοσ cognominat̄: quod eſt inter ꝓpria Martis noīa. Colit̄
ēt apud lacedæmonios ſimulacrū Liberi p̄ris haſta inſigne non thyrſo. Sed cū thyr
ſum tenet: qd aliud q̄ latens telū gerit̄: cuius mucro hedera labente ꝓtegitur. Quod
oſtendit uinculo quodam patientiæ obligandos impetus belli. Hēt.n. hedera uinciē
di obligandiq; naturam. Nec nō & calor uini: cuius Liber pater auctor eſt: ſępe hoīes
ad furorem bellicum uſq; ꝓpellit. Igitur pp cognatum utriuſq; effectus calorē Mar
tem ac liberum unū eundemq; deū eſſe uoluerunt. Certe romani utrūq; patris appel
latione uenerant̄. Alterū Liberum patrem: alterum Marſpitrem.i. martē patrem co
gnominātes. Hinc ēt Liber pater bellorū potens ꝓbatur: q2 eū primū ediderūt aucto
rē triumphi. Cū igit̄ Liber pater idem ac ſol ſit: Mars uero idē ac liber pater: Martē
ſolē eſſe qs dubitet. Acitani ēt hiſpana gens ſimulacrū Martis radiis ornatū maxima
religione celebrant necyn uocātes. Et certe rō naturalis exigit: ut dii caloris cęleſtis pa Necyn Hiſpani
rētes magis noībus q̄ re ſubſtantiaq; diuerſi ſint. Feruorē aūt quo animus excandeſcit appellant
excitaturq; alias ad irā alias ad uirtutes nōnunq̄ ad tpalis furoris exceſſum: per q̄s res martem
ēt bella naſcūt̄: Martē cognominauerūt. Cuius uim poeta exprimēdo & ſimilitudini
ignis applicādo: ait μαίνετο δ' ωσ αρησ εγχεσπαλοσ ηολοον πυρ. In ſūma ꝓnū
ciādū ē: effectū ſolis de quo feruor aīorū de quo calor ſāguinis excitat̄: Martē uocari.

¶ De Mercurio Cap.

T uero Mercurius ſol probet̄ ſuperius edocta ſuffragia ſunt. Eundem.n.
eſſe Apollinē atq; Mercuriū uel hinc apparet: q2 apud multas gētes ſtella
Mercurii ad Apollinis nomē refert̄. Et q2 Apollo muſis præſidet: Mercu
rius ſermonē quod eſt muſarū munus impartit: Præter hoc quoq; Mercuriū: pro ſole
cenſeri multa documēta ſunt. Primū: q2 ſimulacra Mercurii pennatis aliis adornant̄:
quæ res mōſtrat ſolis uelocitatē. Nā qa mentis potentē Mercuriū credimus: appella
tumq; ita intelligim9 απο του ερμηνευειν. Et ſol mūdi mens eſt. Sūma aūt eſt uelo
citas mētis: ut ait Homerus. ωσ ει πτερον ηε νοημα ideo pinnis Mercurius quaſi ipſa
natura ſolis ornat̄: Hoc argumētū lucidius ægyptii abſoluunt ipſius ſolis ſimulacra
pinnata fingētes: qbus color apud illos nō unus ē. Alterū.n. cærulea ſpecie: alterū cla
rū fingunt. Ex his clarū ſuperū & cæruleū inferū uocant. Inferi aūt nomē ſoli dat̄ cū infe
riore hemiſpærio.i. hyemalibus ſignis curſum ſuū peragit: ſuperi cū partē zodiaci am
bit æſtiuā. Eandē circa Mercuriū ſub alia fabula fictio eſt: cū inter ſuperos & inferos
deos adminiſtier ac nūcius exiſtimatur. Argyphontes præterea cognominat̄: non q2 argyphō
argū peremerit: quē ferunt per ambitū capitis multorū oculorū luminibus ornatum tes

cuſtodiſſe Iunonis imperio Inachi filiā eius deæ pollicē cōuerſam in bonis formā: ſed
Argus ſub hmōi fabula Argus eſt cælū ſtellaꝝ luce diſtinctū: qbus ineſſe qdam ſpēs cæleſti
um uidet̃ oculoꝝ: Cęlum aūt argū uocari placuit a cādore & uelocitate παρὰ τὸ λευ
κὸν ταχύ. Et uidet̃ terrā deſuper obſeruare: quā ægyptii hierocliphicis litteris quom
ſignificare uolunt: ponunt bonis figurā: His ergo ambitus cæli ſtellaꝝ luminibus or
natus tūc exiſtimat̃ enectus a Mercurio cū ſol diurno tpe obſeruando ſydera ueluti
enectat in luminis ſui cōſpectū eoꝝ auferēdo mortalibus. Pleraq; ēt ſimulacra Mer-
curii quadrato ſtatu figurātur ſolo capite inſignita & uirilibus erectis. Quæ figura ſi
gnificat ſolē mūdi eē caput: & reꝝ ſatorē oēmq; uim eius nō ī quodā diuiſoꝝ miniſte
rio mēbroꝝ ſed in ſola mente cōſiſtere: cuius ſedes in capite eſt. quattuor latera eadē
rōne fingunt̃: qua & tertachordū Mercurio credit̃ attributū. Quippe ſignificat hic
numerus uel totidē plagas mūdi: uel quattuor uices tēpoꝝ qbus annus includit̃ uel
Lyra ꝙ duob⁹ æquinoctiis duobuſq; ſoltitiis zodiaci rō diſtincta ē: ut lyra Apollinis chor
darū ſeptē tot cæleſtium ſpæraꝝ motus præſtat intelligi qbus ſolē moderatorē natu
ra conſtituit. In Mercurio ſolē coli ēt ex caduceo claret: ꝙ ægyptii in ſpecie draconū
maris & fœminæ coniunctoꝝ figurauerūt Mercurio cōſecrandū. Hi dracones parte
media uoluminis ſui inuicē in nodū quē uocāt Herculis obligant̃: primeq; ptes eoꝝ
Serpētes q ambiūt caduceū reflexæ in circulū preſſis oculis ambitū circuli iungunt. Et poſt modū caudæ reuocā
tur ad capulū caducei: ornāturq; aliis ex eadē capuli pte naſcētibus. Argumētū cadu
cei ad geniturā quoq; hoīum quæ geneſis appellat̃: ægyptii ptendūt deos præſtites
hoī naſcenti quattuor adeſſe memorātes δαίμονα τύχην ἔρωτα ἀνάγκην &
præſtites dei qui nobis dant̃ duos priores ſolē ac lunā intelligi uolunt: ꝙ ſol auctor ſpiritus caloris ac luminis hu
manę uitæ genitor & cuſtos eſt: & ideo naſcētis dæmon. i. deus credit̃ Luna τύχη: qa
corpoꝝ præſul eſt: quæ fortuitorū uarietate iactant̃. Amor oſculo ſignificat̃: neceſſi
tas nodo Cur pinnæ adiiciant̃ iam ſuperius abſolutū eſt. Ad hmōi argumenta draco
num præcipue uolentem ectum eſt propter iter utriuſq; ſyderis fluxuoſum.

¶De Aeſculapio. Cap.

Inde eſt ꝙ ſimulacris & Aeſculapii & ſalutis draco ſubiungit̃: ꝙ hi ad ſolis
h naturā lunæq; referunt̃. Et eſt Aeſculapius uis ſalubris de ſubſtātia ſolis
ſubueniēs animis corporibus quæ mortaliū. Salus aūt naturæ lunaris effe
ctus eſt quo aiantiū corpora iuuant̃ ſalutifero firmata tēperamēto. Ideo ergo ſimula
cris eoꝝ iungunt̃ figure draconū qa præſtant: ut humana corpora uelut infirmitatis
pelle depoſita ab priſtinū reuireſcāt uigorē: ut reuireſcūt dracones p annos ſingulos
pelle ſenectutis exuta. Propterea & ad ipſum ſolē ſpēs draconis refert̃. qa ſol ſemp ue
lut a quadā imæ depreſſionis ſenecta in altitudinē ſuā ut in robur reuertit̃ iuuētutis.
Eſſe aūt draconē inter pręcipua ſolis argumēta ēt noīs fictiōe monſtrat̃: ꝙ ſi nūcupa
tus ἀπὸ τοῦ δέρκειν. i. uidere: Nā ferunt hūc ſerpentē acie acutiſſima & peruigili na-
turā huius ſyderis imitari: atq; ideo aditoꝝ oraculoꝝ theſauroꝝ cuſtodiā draconib⁹
aſſignari: Aeſculapiū uero eundē eſſe atq; Apollinē: nō ſolū hinc pbat̃: ꝙ ex illo nat⁹
credit̃: ſed ꝙ ei & ius diuinationis adiungit̃. Nā apollodorus in libris qbus titulus ē
περὶ θεῶν ſcribit ꝙ Aeſculapius diuinationibus & auguriis præſit. Nec mirū: ſi qdē
medicū oportere ſcire futura medicinæ atq; diuinationis cōſociatæ ſunt diſciplinæ: Nā medicus uel cōmoda uel in
cōmoda ī corpore futura pręnoſcit. Sicut ait Hippocrates: oportet medicū dicere de
ægroto τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα καὶ πρό τ' ἐόντα. i. q ſint: q fuerint: q mox uētura ſe
quent̃. Qđ cōgruit diuinatōibus: q ſciūt. τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα καὶ πρό τ' ἐόντα.

¶De Hercule.

¶De Hercule Cap.

Ed nec Hercules a ſubſtantia ſolis alienus eſt. Quippe Hercules ea ẽ ſolis
poteſtas: quæ humano generi uirtutẽ ad ſimilitudinẽ præſtat deorũ: Nec
exiſtimes Alcumena apud thebas boetias natũ ſolũ uel primũ Herculem
nũcupatum: immo poſt multos atq; poſtremos ille hac appellatione dignatus eſt ho
noratuſq; hoc noie: quia nimia fortitudine meruit nomen dei uirtutẽ regentis. Cæte-
rum deus Hercules religioſe quidẽ & apud tyron colitur. Verũ ſacratiſſima auguſtiſ
ſima ægyptii eum religione uenerantur: ultra q̃ memoriã quæ apud illos retro lõgiſſi
ma eſt: ut carentẽ initio colunt. Ipſe creditᷣ & gigantes interemiſſe: cũ cęlo ꝓpugnaſſet
quaſi uirtus deoꝝ. Gigantes aũt quid aliud fuiſſe credendũ eſt: q̃ hoium quandã im
piã gentẽ deos negantẽ. & ideo exiſtimatã deos pellere de cæleſti ſede uoluiſſeᷣ Hoꝝ
pedes in draconũ uolumina deſinebãt: quod ſignificat nihil eos rectũ nihil ſuperum
cogitaſſe totius uitæ eorũ greſſu atq; ꝓceſſu in inferna mergente. Ab hac gente ſol pœ
nas debitas ui peſtiferi caloris exegit: & re uera Herculẽ ſolẽ eẽ uel ex noie claret. He
racles. n. qui aliud eſt niſi heras. i. aeris cleos quæ porro alia aeris gloria eſt niſi ſolis il-
luminatio: cuius receſſu ꝓfunditate ſpiritus oculitᷣ tenebrarũ. Præterea ſacroꝝ admi
niſtrationes apud ægyptios multiplici actu multiplicẽ dei aſſerunt ꝑtãtẽ ſignificãtes
Herculẽ. τον ἐνπασι και διαπηντων ηλιον. Ex re quoq; alibi terraꝝ geſta argumẽ
tum nõ uile colligitᷣ. Nã Theron rex hiſpaniæ citerioris: cũ ad expugnãdũ Herculis
tẽplũ ageretᷣ furore inſtructus exercitui nauiũ gaditani ex aduerſo uenerũt prouecti
nauibus longis cõmiſſoq; prælio adhuc æquo marte cõſiſtente pugna. ſubito in fugã
uerſæ ſunt regiæ naues: ſimulq; ĩprouiſo igne correptæ cõflagrauerũt Pauciſſimi q ſu
perfuerant hoſtium capiti indicauerunt apparuiſſe ſibi leones proris gaditanæ claſſis
ſuperſtãtes ac ſubito ſuas naues ĩmiſſis radiis: quales in ſolis capite pinguntᷣ exuſtas.

¶De Sarapi. Cap..

Idem ægypto adiacens ciuitas: quæ conditorẽ Alexandrũ Macedonẽ glo
riatur: Sarapin atq; Iſim cultu pœne attonitæ uenerationis obſeruat: oẽm
tñ illam uenerationẽ ſoli ſe ſub illius noie teſtatᷣ impendere: uel dũ calathũ
capiti eius infingunt: uel dũ ſimulacro ſignũ tricipitis animantis adiungunt quod ex
primit medio eodemq; maximo capite leonis effigiem: Dextera parte caput canis ex
oritur manſueta ſpecie blandientis: Pars uero leua ceruicis rapacis lupi capite finitur:
eaſq; formas aialium draco cõnectitur uolumine ſuo capite redeunte ad dei dexterã
qua cõpeſcitur monſtrũ. Ergo leonis capite mõſtratᷣ præſens tp̃s q̃a conditio eius iter
præteritũ futurumq; actu præſenti ualida feruenſq; eſt. Sed præteritũ tp̃s lupi capite
ſignatur: ꝙ memoria rerũ tranſactarũ rapitᷣ & aufertur: Itẽ canis blandientis effigies
futuri tp̃is deſignat euentum: de quo nobis ſpes licet incerta blanditᷣ. Tẽpora aũt cui
niſi ꝓprio famularentᷣ auctori. Cuius uertex inſignitus calatho & altitudinẽ ſyderis
monſtrat & potentiã capacitatis oſtendit q̃a in eũ oĩa terrena redeunt: dum immiſſo
calore rapiuntur Accipe nunc quod de ſole uel Serapi pronuncietᷣ oraculo. Nam Sa
rapis quẽ ægyptii deum maximũ prodiderunt. oratus a Nicochreonte cyprorũ rege
quis deorũ haberetur: his uerſibus ſolicitam religionẽ regi inſtruxit: εἰμὶ θεοσ τοιοσ
δε μαθειν οἷον καυ ο εἴπω ουρανιοσ κοσ μοσ κεφαλή γαστηρ δε θαλασσα γααι
δε μοι ποδεσ εισι τα δουατα εν αιτερι κει ται ομματ τηλαυγεσ λαμπροι φα-
οσ ηελοιο. Ex his apparet Sarapis & ſolis unã eſſe & indiuiduã naturã Iſis cũcta re
ligione celebratᷣ q̃ eſt uel terra uel natura rerũ ſubiacẽs ſoli. Hinc eſt ꝙ cõtinuatis ube

Giganteſ

Hercules

tibus corpus deæ oē denſetur.qa uel terræ uel rerū naturæ altu nutritur uniuerſitas.

De Adone Attine & Oſiri. Cap.

Donin quoq; ſolem eſſe nō dubitatur in ſpecta religione aſſyriorum: apud quos Veneris Architidis & adonis maxima olim ueneratio uiguit: quam nunc phœnices tenent.Nam phyſici terræ ſuperius hemiſpæriū:cuius partem incolimus: Veneris appellatōe coluerunt.Inferiūs uero hemiſperiū terræ Proſerpinam uocauerūt.Ergo apud aſſyrios ſiue phœnicas lugens inducit̄ dea q̄ ſol annuo greſſu per duodecim ſigno℞ ordinē pergens:partē quoq; hemiſpærii inferioris ingreditur quid de.xii.ſignis zodiaci ſex ſuperiora ſex inferiora cenſentur:& cum eſt in inferioribus & ideo dies breuiores facit:lugere credit̄ dea tanq̄ ſole raptu mortis tpalibus amiſſo & a Proſerpina retento:quā numen terræ inferioris circuli & antipodum diximus.Rurſumq; Adonin Redditū Veneri credi uolūt:cū ſol euictis ſex ſignis annui inferioris ordinis incipit noſtri circuli luſtrare hemiſpærium cū incremēto luminis & die℞.Ab apro aūt tradūt interemptū Adonin:hyemis imaginē in hoc aīali fingentes q̄ aper hiſpidus & aſper gaudet locis humidis & lutoſis pruinaq; contectis ꝓprieq; hyemali fructu paſcit̄ glande.Ergo hyems ueluti uulnus eſt ſolis quæ & lucem eius nobis minuit & calorem:quod utrunq; animantibus accidit morte. Simulacrū hui⁹ deæ in monte libano fingit̄ capite obnupto ſpecie triſtis faciē manu læua intra amicū ſubſtinens:lachrymæ uiſio ne cōſpicientiū manare credunt̄. Quæ imago præter q̄ lugentis eſt(ut diximus)deæ terræ quoq; hyemalis eſt quo tpe obnupta nubib⁹ ſole uiduata ſtupet:fonteſq; ueluti terræ oculi uberius manant:agriq; iterū ſuo cultu uidui mœſtam faciē ſui monſtrant.Sed cū ſol emerſerit ab inferioribus ptibus terræ:uernaliſq; æquinoctii tranſgredit̄ fines augēdo diē tunc eſt: Venus læta & pulchra uirēt arua ſegetibus:prata herbis:arbores foliis.Iō maiores noſtri aprilem mēſem Veneri dicauerunt.Similiter Phryges fabulis & ſacrorū adminiſtrationibus imutatis circa matrē deū & Attinē eadē itelligi præſtat.Quis.n.ambigat matrē deū terrā haberi.Hæc dea leonibus uehit̄ ualidis impetu atq; feruore aīalibus:quæ natura cæli eſt cuius ambitu aer continet̄ qui uehit terrā.Solē uero ſub noīe Attinis ornat & fiſtula & uirga. Fiſtula ordinē ſpiritus inæquali oſtendit:qa uenti in qbus nulla æqualitas eſt: ꝓpriā ſumūt de ſole ſubſtātiā. Virga ſolis ptātē aſſerit:q cūcta moderat̄. Præcipuā aūt ſolis in his cerimoniis uerti rōnem hinc ēt pōt intelligi q̄ ritu eo℞ κατάβασει finita ſimulatiōeq; luctus pacta celebrat̄ læticiæ exordiū ad octauū Kalē.aprilis quē diē hilaria appellāt:quo primū tpe ſol diē lōgiorē nocte ꝓtēdit.Item ſub diuerſis noībus religionibus effectus eſt apud ægyptios.Cū Iſis Oſirin luget:hæc in occulto eſt.Neq; aliud eſſe Oſirim q̄ ſolem:nec Iſim aliud eſſe q̄ terrā ut diximus naturamue re℞.Eademq; rō quæ circa Adonin & Attinē uertit̄:in ægyptia quoq; religione luctū & læticiā uicibus annuæ adminiſtratiōis alternat.Hinc Oſirim ægyptii ut ſolē eſſe aſſerūt quotiēs hierogliphycis litteris ſuis exprimere uolūt:inſculpūt ſcept℞: inque eo ſpēm oculi exprimūt:& hoc ſigno Oſirim mōſtrāt ſignificātes hunc deū ſolē eſſe: regaliq; ptāte ſublimē cuncta deſpicere:qa ſolē Iouis oculū appellat antiquitas apud eoſdem Apollo qui eſt ſol:Horus uocatur.Ex quo & Horæ.xxiiii.quibus dies noxq; conficitur nomen acceperūt:&.iiii.tpa quibus annuus orbis impletur horæ uocantur.Idem ægyptii uolentes ipſius ſolis noīe dicare ſimulacrū figurauere raſo capite: ſed dextra parte crine remanente.Seruatus crinis docet ſolem naturæ rerū nunq̄ eſſe in operto. Dempti aūt capilli reſidente radice monſtrāt hoc ſydus etiam tpe quo non uiſitur a nobis

Venus in hemiſpærio ſuperiore Proſerpina in inferiore

quare leones uehūt cibelem

Horæ

nobis:rurſum emergendi uti capillos habere ſubſtantiam:Eodem argumẽto: ſignifi
catur & tp̃s quo anguſta lux eſt cum uelut abraſis incrementis anguſtaq; manẽte ex
tantia ad minimũ diei ſol peruenit ſpaciũ:quod ueteres appellauere brumalem ſolſti
tium:brumã a breuitate dierũ cognominantes.i.βραχυ ημαρ. ex qbus latebris uel Bruma
anguſtiis rurſus emergens ad æſtiuũ hemiſpæriũ tanq̃ enaſcens in augmẽta porrigit̃
& tunc ad regnũ ſuum perueniſſe iam creditur.Propterea ægyptii aĩal in zodiaco cõ
ſecrauere ea cæli parte qua maxime annuo curſu ſol ualido efferuet calore:leoniſq; ini
bi ſignum domiciliũ ſolis appellãt:qa id animal uidetur ex natura ſolis ſubſtantiam
deducere.primũq; ĩpetu & calore p̃ſtat animalia. uti præſtat ſol ſydera. ualiduſq; eſt
leo pectore & priore corporis parte ac degenerat poſterioribus mẽbris æque ſolis uis
prima parte diei ad meridiẽ increſcit uel prima parte anni a uere in ęſtatẽ mox elãgue
ſcens deducit̃:uel ad occaſum q diei uel ad hyemẽ quæ anni pars uidet̃ eſſe inferior:
idẽq; oculis patẽtibus atq; igneis cernitur ſemp:ut ſol patẽti igneoq; oculo terrã con-
ſpectu perpetuo atq; infatigabili cernit:Nec ſol9leo:ſed ſigna quoq; uniuerſa zodiaci
ad naturã ſolis iure referũtur. Et ut ab ariete incipiã:magna illi cõcordia eſt. Nam & In ariete
is per ſex mẽſes hybernales ſiniſtro incubat lateri:ab æquinoctio uerno ſup dextrum
latus ſicut & ſol ab eodẽ tpe dextrum hemiſpærium:reliquo ambit ſiniſtrũ Ideo. &
Hamonẽ quem deũ ſolẽ occidentẽ libyes exiſtimãt:arietinis cornibus ſingũt: quib9
maxime id aĩal ualet:ſicut radiis ſol. Nam & apud græcos απο του καρα κριοσ ap-
pellatur Tauꝝ uero ad ſolẽ referri multiplici rõne ægyptius cultus oſtẽdit: uel quia In Tauro
apud heliopolim taurũ ſoli conſecratũ quẽ Neriton cognominãt maxime colũt uel
quia bos apis in ciuitate mẽphi ſolis inſtar excipit̃:uel qa ĩ oppido herminti magnifi
co Apollinis tẽplo cõſecratũ ſoli colũt taurũ bacchim cognominãtes in ſignẽ miracu
lis conueniẽtibus naturæ ſolis. Nam & p ſingulas horas mutare colores affirmat̃: &
hirſutus ſetis dicit̃ in aduerſum naſcẽtibus cõtra naturã oĩum animaliũ: unde habet̃
ueluti imago ſolis in aduerſam mundi p̃te nitẽtis. Gemini aũt q alternis mortib9 ui- In gemi-
uere credunt̃. qd aliud niſi ſolẽ unũ eundẽq; ſignificãt:mõ deſcẽdẽtem in ima mundi nis
mõ mundi in ſummã altitudinẽ reſurgentẽ. Cancer obliquo greſſu qd aliud niſi iter In cancro
ſolis oſtẽdit. Qui uiã nunq̃ rectã ſed per illã ſemp meare ſortitus ẽ obliquus qua ſe ſi
gnoꝝ uerteret ordo:maximeq; in illo ſigno ſola curſu ſupero incipit obliquus inferio
ra iã petere. De leone iam ſupra dictũ ẽ. Virgo aũt:quæ manu ariſtã refert. qd aliud In uirgine
q̃ Δυναμισ ηλιακι. quæ fructibus curuat̃: & ideo iuſticia credit̃: quæ ſola facit na-
ſcẽtes fructus ad hoĩum uſus puenire. Scorpius tot9 in quo libra ẽ:naturã ſolis ima- In ſcorpio
ginatur:qui hyeme torpeſcit. & tranſacta hæc aculeũ rurſus erigit ui ſua:nullũ natu- ne & in li-
ra damnũ ex hyberno torpore ppeſſa. Sagittariũ qui oĩum zodiaci domiciliꝝ imus bra
atq; poſtremus eſt ideo ex hoĩe in ferã per mẽbra poſteriora degenerat:quaſi poſtre- In ſagitta
mis partibus ſuis a ſuperis inferna detruſus. Sagittã tñ iacit:quod indicat tũc quoq; rio
uniuerſoꝝ cõſtare uitã radio ſolis uel ab ima parte uenientis. Capricornus ab infernis In capri-
partibus ad ſupra ſolẽ reducẽs capræ naturã uidet̃ imitari:quæ dũ paſcit̃:ab imis pri corno
bus ſemp p̃minentiũ ſcopuloꝝ alta depoſcit. Aquarius nõ ne ipſam uim ſolis oñdit̃? In aqua-
Vnde.n.imber caderet in terras:niſi ſolis calor ad ſupera traheret humorẽ:cui9 refu- rio
ſio pluuialis ẽ copia in ultimo ordine zodiaci piſces locati ſũt quos cõſecrauit ſoli:nõ In piſcib9
aliqua naturæ ſuæ imaginatio ut cætera:ſed oſtẽtatio potentiæ ſyderis:a quo uita nõ
ſolũ aereis terreniſq; animalibus datur ſed illis quoq; quoꝝ conuerſatio aquis merſa
uelut aſpectu ſolis exulat. Tanta eſt uis ſolis:ut abſtruſa quoq; penetrando uiuicet.

❡De Nemeſi. Cap.

T ut ad ſolis multiplicem poteſtatem reuertatur oratio. Nemeſis quæ cõtra ſuperbiam colitur: quid aliud eſt q̄ ſolis poteſtas? cui⁹ iſta natura eſt: ut fulgentia obſcuret & conſpectui auferat: quæq; ſunt in obſcuro illuminet offeratq; conſpectui.

❡De Inuuo. Cap.

N ipſe: quē uocant Inuum ſub hoc habitu quo cernit̃ ſolem ſe eſſe prudētioribus pmittit intelligi. Hunc deū Arcades colunt appellantes τον τηκ ὕλης κυριον non ſiluaꝝ dominum ſed uniuerſæ ſubſtãtiæ materialis dominatorē ſignificari uolentes. Cuius materiæ uis uniuerſoꝝ corpoꝝ ſeu illa diuina ſiue terrena ſint: cõponit eſſentiã. Ergo Inui cornua barbęq; prolixa demiſſio naturam lucis oſtendūt quia ſol & ambitum cœli ſupioris illuminat & iferiora colluſtrat. Vnde Homerus de eo ait: ωρνυοι ηαθαητοῖσιφεωσ φερη ηδει βροτοῖσι: Quid ſiſtula uel uirga ſignificēt: ſuperius in habitu Attinis expreſſimus. Quod in capræ pedes deſinit: hæc argumēti ratio eſt: qa materia quæ in oēm ſubſtantiã ſole diſpenſante porrigitur: diuinis de ſe corporibus effectis in terræ finit̃ elemētum. Ad huius ergo extremitatis ſignum pedes huius animalis electi ſunt quod & terrenum eſſet & tñ ſemper perteret alta paſcendo: ſicut ſol uel cum radios ſuperne dimittit in terras uel cū ſe recolligit in montibus uiſitur. Huius Inui amor & delitiæ ηχω creditur nullius oculis obnoxia: quæ ſignificat armoniam cæli: quæ ſoli amica eſt: quaſi ſperarum omnium de quibus naſcitur moderatori: nec tamen noſtris unq̄ ſenſibus depræhendi.

❡De Saturno. Cap.

Aturnus ipſe: qui auctor eſt tempoꝝ & ideo a græcis imutata littera Χρονοσ quaſi κρονοσ uocatur: quid aliud niſi ſol intelligendus eſt? cū tradat̃ ordo elementoꝝ tempoꝝ numeroſitate diſtinctus luce patefactus: nexus æternitate traductus uiſione diſcretus: quæ omnia actum ſolis oſtendunt.

❡De Ioue. Cap.

Ec ipſe Iuppiter rex deoꝝ ſolis naturam uidetur excedere ſed eundem eſſe Iouem ac ſolem claris docetur indiciis. Nam cū ait Homerus: ζευσ γαρ εσ ωκεανον Iouis appellatione ſolē intelligi Cornificius ſcribit: cui unda Oceani uelut dapes miniſtrat. Ideo.n. ſicut & Poſſidonius & Cleantes affirmant. ſolis meatus a plaga: quæ uſta dicitur nõ recedit: quia ſub ipſa currit oceanus qui terrã & ambit & diuidit Omnium aūt phyſicoꝝ aſſertione conſtat calorem humore nutriri.

Sydus

Nam qđ ait: θεοι δαμαπαντεσ εσποντο ſydera intelligūtur: quæ cum eo ad occaſus ortuſq; quotidie impetu cœli ferūtur: eodemq; aluntur humore θεοισ eni dicunt ſydera & ſtellas αποτου θειν.i. τρεχειν ꝙ ſemper in curſu ſint ηαποτου θεωρεισθαι Addit poeta δωδεκατη γενετηωσ non dieꝝ ſed horaꝝ ſignificans numeꝝ quibus referunt̃ ad hemiſperii ſupioris exortum. Intellectum noſtrū in eandem ſententiam ducūt etiam de Thimeo Platonis hæc uerba ομενδη ηγεμων εν ουρανω ζευσ ελαυνων πτηνοναρμα πρωτοσ πορευεται διακοσμων παντα και επιμελουμενοσ τω δε επεται στρατια θεων και δαιμονων κατα δωδεκα μερη κεκοσμημενη μενει δε εστια εν θεων οικω μονη: His.n. uerbis magnum in cœlo ducem Solem uult ſub appellatiõe Iouis intelligi: alato curru uelocitatem ſyderis monſtrans.

Sol idē & Iuppiter

Nam quia in quocūq; ſigno fuerit: pręſtat omnia ſigna & ſydera ſignorumq; præſtites deos uidetur cunctos deos ducatu præire ordinando cuncta ornandoque:

ideo uelut eius cæteros deos haberi per.xii. ſignoꝝ partes diſtributos: quia ipſe duo decim ſigni in quocunq; ſigno fuerit locum occupat Nomen aũt demonũ cum deo rum appellatione cõiungit: aut qa dii ſunt Δαι μονεσ.i. ſcientes futuri aut(ut poſſi donius ſcribit in libris qb⁹ titulus eſt περι ηρωων και δαιμονων qa ex æetherea ſub ſtantia pa ta atq; diuiſa qualitas illis eſt ſiue απο του δαιειν.i. καιειν απο του δαιο μενου: hoc eſt μεριζομενου. Quod aũt addit μενει Δ εστια εν θεων οικω μονη ſignifi cat: qa hæc ſola quã terrã eſſe accipimus: manet immobilis intra domũ deoꝝ.i. intra mundum ut ait Euripides και γαια μητερ πανπεσ οι βροτοι οικουσι ημενεν αιθερει: Hinc quoq; oſtendit̃ qd de ſole & Ioue ſit ſentiendum: cũ alibi dicat̃ παντα Διδων Διοσ και παντα νοησασ: & alibi ηελιοσ θος παντεφοροισ και παντεσ πακουεισ. Vnde utrunq; una poteſtate cenſendũ. Aſſyrii quoq; ſolẽ ſub Iouis noĩe quẽ diahelio politem cognominãt: maximis cerimoniis celebrant in ciuitate quę heliopo is nuncu patur. Eius dei ſimulacrũ ſumptũ eſt de oppido ægypti: quod heliopolis appellat̃ re gnante apud ægyptios Senem ure ſeu idem Senepos noĩe fuit perlatumq; eſt primũ in eam per Oppiã legatũ Delebois regis aſſyrioꝝ: ſacerdoteſq; ægyptios quoꝝ prin ceps fuit Parmetis: diuq; habitum apud aſſyrios poſtea heliopolim cõmigrauit. Cur ita factũ quaq; rõne ægypto profectum in hæc loca ubi nũc eſt poſtea uenerit rituq; aſſyrio magis q̃ ægyptio colatur dicere ſupſedi: quia ad præſentem non attinet cãm. Nũc uero eundẽ Iouem ſoleq; eſſe: cũ ex ipo ſacroꝝ ritu: tum ex habitu dignoſcitur: Simulacrum.n.aureũ ſpecie imberbi inſtar dextra eleuata cũ flagro in aurigæ modũ læua tenet fulmẽ & ſpicas. Quæ cũcta Iouis ſoliſq; conſociatã potẽtiam demõſtrãt. Huius templi religio ẽt diuinatione præpollet: quæ ad Apollinis ptãtem refert̃: qui idem atq; ſol eſt. Vehit̃.n.ſimulacrũ dei heliopolitani ferculo ueluti uehunt̃ in pom pa ludoꝝ circenſiũ deoꝝ ſimulacra & ſubeũt pleraq; ꝓuinciæ ꝓceres raſo capite lon gi tpis caſtimonia puri: ferũtq; diuino ſpiritu nõ ſuo arbitrio: ſed quo deus ꝓpellit ue hentes. ut uidimus apud Antiũ ꝓmoueri ſimulacra fortunaꝝ ad dãda reſpõſa. Con ſulunt hunc deũ & abſentes miſſis diplomatibus cõſignatis: reſcribitq; ordine ad ea q̃ cõſulatione addita cõtinent̃. Sic & impator Traianus iturus ex ea ꝓuincia parthiam cũ exercitu cõſtãtiſſime religiõis hortãtibus amicis: q maxima huiuſce numinis cœpe rãt expimẽta: ut de euẽtu cõſuleret rei cœptæ egit Romano cõſilio prius explorando fidẽ religiõis: nec forte fraus ſubeſſet humana: Et primũ miſit ſignatos codicillos ad quos ſibi reſcribi uellet. Deus iuſſit afferri chartã eãq; aſſignari purã & mitti ſtupẽti bus ſacerdotibus ad eiuſmodi factũ. Ignorabãt qppe conditionẽ codicilloꝝ. Hos cũ maxima admiratiõe Traianus excepit q ipſe quoq; puris tabellis cũ deo egiſſet: Tũc aliis codicillis cõſcriptis ſignatiſq; cõſuluit an romã ppetrato bello rediturus eẽt uitẽ cẽturialẽ deus ex muneribus i ædẽ dedicatis deferri iuſſit: diuiſãq; in ptes ſudario cõdi: ac pide ferri. Exitus rei obitu Traiani appuit oſſibus romã relatis: Nã fragmẽtis ſpẽs reliquiaꝝ uitis argumento caſus futuri tps oſtẽſum ẽ. Et ne ſermo per ſinguloꝝ noĩa deoꝝ uaget̃ accipe qd aſſirii de ſolis potẽtia opinent̃. Deo.n quẽ ſũmum maximũq; uenerant̃ Adad nomẽ dederunt: Eius noĩs interptatio ſignificat unus. Hũc ergo ut potentiſſimũ adorant deũ: Sed ſubiungũt eidẽ deã noĩe Adargati: omneq; poteſta tem cũctaꝝ reꝝ his duobus attribuunt ſolẽ terrãq; intelligẽtes: nec multitudine no minũ enunciãtes diuiſam eoꝝ per oẽs ſpẽs ptãtem ſed argumẽtis qbus ornant̃ ſigni ficãtes multiplicẽ præſtãtiã duplicis numinis. Ipſa aũt argumẽta ſolis rõnẽ loquũt̃. Nãq; ſimulacrũ Adad inſigne cernit̃ radiis inclinatis: quibus monſtrat̃ uim cæli in

Traianus

Adad deus max. aſſy.

Adargatis dea

ſimula- radiis eſſe ſolis qui dimittunẗ in terrā: Adargatis ſimulacrū ſurſum uerſum reclinan
crū adad tis radiis inſigne eſt monſtrādo radioꝝ ui ſuperne miſſoꝝ enaſci quicūqꝫ terra proge
nerat: Sub eodē ſimulacro ſpecies leonū ſunt: eadē rōne terrā eſſe monſtrātes ꝗ phry
ſolis potē ges finxere matrē deum.i.terrā leonibus uehi. Poſtremo potētiā ſolis ad oīum pote-
tia ſtatum ſummitatē referri indicant theologi. qui in ſacris hoc breuiſſima precatiōe de
monſtrant dicentes ηλιεπαη τοκρατωρκοσ μου πηευμακοσ μου Δυηαμισ κοσ
μουφωσ. Solem eſſe oīa: & Orpheus teſtatur his uerſibus: κεκλυθι πορου κυκλον
ορανιασ ςροφιηγξι περι Δρομον ηλιε ηελιοσ ωηαγλαεζευσ Διονυσε πατερ π
οντοιο πατερ αηισ ηελιε παγγεοτετωρ παντάιολε χρυσεοφεγγεσ.

Inc cū prætextatus feciſſet loquendi finē oēs in eum affixis uultibus admi
h rationem ſtupore prodebāt. Deinde laudare hic memoriā: ille doctrinā:
cuncti religionē affirmātes hunc eſſe unū arcanæ deoꝝ naturæ cōſcium: ꝗ
ſolus diuina & aſſequi aīo & alloqui poſſet īgenio. Inter hæc Euangelus equidē inqt:
miror potuiſſe tantoꝝ ꝑtātem numinū cōprehendi: Veꝝ ꝙ mantuanū noſtrū ad ſin
gula: cū de diuinis ſermo eſt: teſtē citatis: gratioſius eſt ꝗ ut iudicio fieri putetur: An
ego credā ꝙ ille cū diceret. Liber & alma ceres ꝓ ſole & luna nō hoc in alterius poetę
imitationē poſuerit: ita dici audiēs cur tñ diceret ignorans. Niſi forte ut græci oīa ſua
in īmēſum tollet: nos quoqꝫ poetas ēt noſtros uolumus philoſophari: cū ipſe Tulliꝰ
ꝗ nō minus profeſſus ē philoſophādi ſtudiū ꝗ loquendi: quotiēs aut de naturæ deoꝝ
aut de fato aut de diminutiōe diſputat: gloriā quam orōne cōflauit: incōdita reꝝ rela
tione minuat: Tū Symmachus de Cicerone Euāgele: ꝗ cōuitiis īpenetrabilis ē: poſt
uidebimus: Nūc qa cū marone nobis negociū eſt reſpondeas uolo utrū poetæ huius
opa inſtituēdis tm̄ pueris idonea iudices an alia illis altiora ineſſe fateãris. Videris.n.
mihi ita adhuc uirgilianos hr̄e uerſus: qualiter eos pueri magiſtris prelegētibus cane-
bamus: imo pueri cū eſſemus Symmache ſine iudicio mirabamur īſpicere aūt uitia
nec ꝑ magiſtros nec ꝑ ætatē licebat quę tñ nō puderet quiſꝗ negabat: cū ipſe cōfeſſus
ſit. Quis.n.moriēs poema ſuū legauit igni? qd̄ niſi famæ ſuæ poſteritati ſubtrahēda
curauit: nec īmerito erubuit qppe de ſe futura iudicia ſi legerẗ petitio deprecātis filio
arma a marito: cui ſoli nupſerat: nec ex eo ꝓlem ſuſcepiſſe ſe nouerat uel ſi mille alia
multū pudēda ſeu ī uerbis mō græcis mō barbaris ſeu ī ipſa diſpoſitiōe opis deprehē
derenẗ. Cūqꝫ adhuc dicente oēs exhorruiſſent: ſubtexuit Symmachus: Hæc ē qdem
gloria Euāgele Marōis gloria ut nullius laudibꝰ creſcat nullius uitupatione minuaẗ. Veꝝ
maronis iſta ꝗ ꝓſcindis: defendere qlibet pōt ex plebeia grāmaticoꝝ coherte ne Seruio nr̄o ꝗ
priſcos: ut mea fert opinio: ꝑceptores doctrina ꝑſtat: ī excuſandis talibꝰ quærat iniu-
ria. Sed qro utꝝ cū poetica tibi ī tāto poeta diſplicuerit: nerui tñ oratorii: ꝗ ī eodē ſūt
ualidiſſimi placerẽ uideāẗ: Hæc uerba primū Euāgeli riſus excepit. Deīde ſubiecit: Id
hercule reſtat deniqꝫ: ut & oratorē Virgiliū denūcietis: nec miꝝ: cū ad phōs ambitus
ueſter pauloāte ꝓuexerit. Si in hac opiniōe es Symmachus inqt: ut Maro tibi nihil
niſi poeticū ſenſiſſe extimeẗ: licet hoc quoqꝫ eidē nomē inuideris audi qd de opis ſui
Epiſtola multiplici doctrina ipſe ꝓnūciet. Ipſius.n. Maronis epiſtola ꝗ cōpellat Auguſtū ita
maronis incipit. Ego uero freqntes a te litteras accipio. Et infra: De Aenea qdē meo ſi me Her
cle iā dignū auribus haberē tuis libēter mitterē. ſed tanta inchoata res ē ut pœne uitio
mētis tm̄ opus ingreſſus mihi uidear: cū ꝑſertim (ut ſcis) alia quoqꝫ ſtudia ad id opꝰ
multoqꝫ potiora impertiar. Nec his Virgilii uerbis copia rerū diſſonat: quam pleriqꝫ
pœne oēs litteratores pedibus illotis prætereūt: tanꝗ nihil ultra uerborum explana-

tionem liceat noſſe grãmatico. Ita ſibi belli iſti hoĩes certos ſcientiæ fines & uelut quę
dam pomeria & effata poſuerunt ultra quæ ſiquis egredi audeat: introſpexiſſe in ædẽ
deæ a qua mares abſterrentur exiſtimãdus ſit. Sed nos quos craſſa minerua dedecet:
non patiamur abſtruſa eſſe adyta ſacri poematis: ſed arcanorum ſenſum inueſtigato
auditu doctorum cultu celebranda præbeamus recluſa penetralia. Et ne uidear uelle
oĩa unus amplecti: ſpondeo uiolentiſſima inuẽta uel ſenſa rhetoricæ in uirgiliano me
opere demonſtraturũ Euſebio aũt oratorũ eloquentiſſimo nõ præripio de oratoria
apud Maronem arte tractatũ: quem & doctrina & docendi uſus melius exequetur. Pręcipuæ
Reliquos oẽs: qui adeſtis impenſe precatus ſim: ut quid ueſtrum quiſq; præcipuum Virgilii
ſibi annotauerit: de Maronis ingenio uelut ex ſymbolo conferamus. Mirum in mo- laudes
dum alacritatem oĩbus qui aderant hæc uerba pepererunt. Et aſſurgens quiſq; in deſi
derium alios audiendi non uidit & ſe in idem munus uocandũ. Itaq; hortatu mutuo
concitati in aſſenſum facile ac libenter animati ſunt. Intuenteſq; oẽs Prætextatum ora
bant: ut iudicium ſuum primus aperiret: cæteris per ordinem quem caſus ſedendi fe- Virgilius
cerat ſecuturis. Et Vectius: Equidem inter oĩa quibus eminet laus Maronis: hoc aſſi põ.max.
duus lector admiror quia doctiſſime ius pontificum tanq̃ hoc profeſſus in multa & Virgil.ſũ
uaria operis ſui parte ſeruauit. Et ſi tantę diſſertationis ſermo non ceſſerit ꝓmitto fore m9augur
ut Virgilius noſter pontifex maximus aſſerat᷑. Poſt hunc Flauianus apud poetã no
ſtrum inquit: tantã ſcientiam iuris angularis inuenio: ut ſi aliaꝝ diſciplinaꝝ doctrina
deſtitueretur: hæc illum uel ſola profeſſio ſublimaret. Euſtachius deinde maxime in
quit prædicarem: quãta de græcis cautus & tanq̃ aliud agens modo artifici diſſimula
tione modo profeſſa imitatione trãſtulerit: ni me maior admiratio de aſtrologia to-
taq; phĩa teneret: quam parcus & ſobrius operi ſuo nuſq̃ reprehendẽdus aſpſit. Furi-
us Albinus alteꝝ fouens Prætextati latus: iuxtaq; eũ Cecĩna Albinus ambo uetuſta-
tis affectatione in Virgilio ꝓdicabant: alter in uerſibus alter in uerbis: Auienus nõ aſ
ſumam mihi inquit: ut unam aliquã de uirgilianis uirtutibus audeam ꝓdicare ſed au
diendo quęcũq; dicetis ſi quid uel de his mihi uidebitur: uel iamdudũ legenti annotã
dum uiſum eſt oportunius proferam: mõ memineritis a Seruio noſtro exigendũ ut
quicquid obſcuꝝ uidebitur quaſi litteratoꝝ omnium longe maximus palam faciat.
His dictis & uniuerſo cœtui cõplacitis. Prætextatus cum in ſe conuerſa oĩum ora ui-
diſſet: Philoſophia inquit qđ unicum eſt munus deoꝝ & diſciplina diſciplinaꝝ: hono
randa eſt anteloquio. Vnde meminerit Euſtachius primũ ſibi locum ad diſſerẽdum
omni alia profeſſiõe cedente cõceſſum. Huic tu mihi Flauiane ſuccedes: ut & auditu
ueſtro recreer: & aliquãto ſilentio inſtaurẽ uires loquendi. Inter hæc ſeruilis modera
tor obſequii cui cura uel adolẽdi penates uel ſtruendi penũ & domeſticoꝝ actuũ mi
niſtros regendi: admonet dominũ familiam pro ſolẽnitate annui moris epulatam.
Hoc.n. feſto religioſæ domus prius famulos inſtructis tanq̃ ad uſum domini dapi-
bus honorãt: & ita demũ patriſfamilias menſæ apparatus noua᷑. Inſinuat ergo ꝑſul
famuli cui cœnæ tp̃s & dominos iam uocare: Tum prætextatus reſeruãdus ergo eſt
Virgilius noſter ad meliorẽ partem diei: ut mane nouum inſpiciẽdo per ordinem car
mini deſtinemus. Nũc hora nos admonet ut honore ueſtro hęc mẽſa digne᷑. Sed &
Euſtachius & poſt hũc Nicomachus meminerint craſtina diſſertatõe ſeruari ſibi ante
loq̃ functionẽ: & Flauianus ex placita iã uos lege cõuenio: ut ſequẽti die penates mei
beati ſe tãti cœtus hoſpitio gloriẽt᷑. His cũ oẽs aſſenſi aſſent: cœnã alio aliud de his
quæ inter ſe contulerãt reminiſcẽte approbãteq; cũ magna alacritate aĩ conceſſerũt.

MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET IL LVSTRIS SATVRNALIORVM. LIBER. .II.

IC Vbi modeſtus edendi modus ceſſare fecit caſtimo-
niam ferculo & cõuiualis lætici a minuſculis poculi orie
batur: Auienus ait Bene ac ſapiēter Maro noſter tumul
tuoſum ac ſobrium uno eodēq; uerſu deſcripſit ſub pau
corum uerboꝝ mutatione conuiuium. Nam ubi ſub ap
paratu regio procedere ſolet luxus ad ſtrepitū poſtq̄ pri
ma inquit qui es epulis. At cum heroes caſtigatis dapi-
bus aſſidunt: non reducit quietē: quia nec p̄ceſſit tumul-
tus. Sed poſtq̄ exempta fames epulis. Noſtrum hoc cō
uiuium quod & heroici ſæculi pudicitiā: & noſtri conduxit elegātiam: in quo ſplēdor
ſobrius & diligens parſimonia Agathonis conuiuio: uel poſt magniloquentiā Plato
nis nō componere tm̃ ſed nec præferre dubitauerim. Nam ipſe rex mēſe nec in mori-
bus Socrate minor: & in repu. philoſopho efficacior. Cæteri qui adeſtis eminētiores
eſtis ad uirtutū ſtudia: q̄ ut poetis comicis & Alcibiadi: qui tm̃ fuit fortis ad crimia:
aliiſq; quibus frequēs illud cõuiuium fuit uos quiſq̄ exiſtimet comparādos: Bona uer
ba quæſo Prætextatꝰ ait circa reuerētiam tm̃ ſocraticæ maieſtatis. Nam reliquis qui
in illo fuerūt ſympoſio: hæc lumina quis nō præponenda cōſentiat. Sed quorſum ti-
bi Auiene hoc tēdit exemplum? Quia ſub illoꝝ inquit ſupercilio nō defluit: qui pſal
triam ītromitti peteret: ut puella ex induſtria ſupra naturam mollior canora dulcedi
ne & ſalutationis lubrico exerceret illecebris philoſophātes. Illic hoc fieri tentatū eſt:
ut Agathonis uictoria celebraretur. Nos honorē dei cuius hoc feſtum eſt: nullo ad
mixtu uoluptatis augemus. Neq; ego ſum neſcius nos nec triſticiam nec nubilū uul
tum in bonis ducere: nec Craſſum illū quem auctore Lucilio Cicero ſemel in uita ri-
ſiſſe ſcribit: magnopere mirari. Ad hæc cū Prætextatus diceret ludicras uoluptates:
nec ſuis penatibus aſſuetas nec ante cœtū tam ſerium producēdas: excepit Symma-
chus. Quia ſaturnalibus optimo dieꝝ: ut ait ueronēſis poeta: nec uoluptas nobis ut
ſtoicis tanq̄ hoſtis repudiāda eſt: nec ut epicureis ſūmum bonum in uoluptate ponē
dum: excogitemus alacritatem laſciuia carētem. Et ni fallor inueni: ut iocos ueteꝝ ac
nobilium uiroꝝ edecumatos ex multiiugis libris relatione mutua proferamus. Hæc
nobis ſit litterata lætitia: & docta cauillatio uicem planipedis & ſabulonis impudica
& prætextata uerba iaciētis: at pudorem ac modeſtiam uerſus imitatam. Hæc res &
cura & ſtudio digna ueteribus uiſa eſt. Etiam primum aīaduerto duos quos eloquē-
tiſſimos antiqua ætas tulit: comicū Plautum: & oratorem Tullium eos ambos ēt ad
iocoꝝ uenuſtatem cæteris præſtitiſſe. Plautus quidē ea re clarus fuit: ut poſt mortē
eius comœdiæ quæ incertæ ferebantur: plautinæ tñ eſſe de iocorum copia noſcerent.
Cicero aūt quātum in ea re ualuerit: quis ignorat? qui uel liberti eius libros: quos is
de patroni iocis compoſuit quos quidā ipſius putant eſſe: legere curauit. Quis item
neſcit conſularem eū ſcurram ab inimicis appellari ſolitū? Quod in orōne etiam ſua
Vatinius poſuit. Atq; ego (ni lōgum eſſet) referrem in quibus cauſis quom nocētiſſi
mos reos tueret: uictoriam iocis adeptus ſit: ut ecce pro Lucio Flacco quem repetū
darum reum ioci oportunitate de manifeſtiſſimis criminibꝰ exemit. Is iocus in orōne
nō extat: mihi ex libro Fuſii Viuaculi notus eſt: & inter alia eius dicteria celebratur.

Sed in

Sed in hoc uerbo non caſu incidi: uolens feci. Iocus. n. hoc genus ueteres noſtri dicte- Dicteria
ria dicebant. Teſtis idem Cicero qui in libro epiſtolarũ ad Corneliũ Nepotẽ ſecundo
ſic ait: Itaq; noſtri cum oĩa quæ dixiſſemus dicta eſſent quæ facete & breuiter & acu
te locuti eſſemus: ea proprio nomine appellari dicteria uoluerunt. Hæc Cicero. No-
uius uero Pomponiuſq; iocos non raro dicteria nominant. Marcus ẽt Cato ille cen-
ſorius argute iocari ſolitus eſt. Horũ nos ab inuidia muniret auctoritas: ẽt ſi noſtris
cauillaremur. At cum a ueteribus dicta referamus: ipſa utiq; auctorum dignitate de
fendimur. Si ergo probatis inuentũ: agite quod cuiq; de dictis talibus in mẽtẽ ueniet
uiciſſim memoriã noſtrã excitando referamus. Placuit uniuerſis lęticię excogitata ſo
brietas: & iõ ut prætextatus incipiendo auctoritatẽ de exẽplo præberet: hortati ſunt.

q Vum ille: Dictum uolo hoſtis referre ſed uicti: & cuius memoria inſtau-
rat romanorum triumphos. Hannibal carthaginenſis apud regem Antio
chum profugus facetiſſime cauillatus eſt. Ea cauillatio huiuſcemodi fuit. Dicta fa-
Oſtendebat Antioch9 in campo copias ingentes: quas bellum po. ro. facturas com- cetiſſime
parauerat: conuertebatq; exercitum inſignibus argenteis & aureis florentem. Induce a plurib9
bat ẽt currus cum falcibus & elephantos cũ turribus equitatũq; frænis & ephippiis mo Hanniba
bilibus ac phaleris prefulgentem. Atq; ibi rex contemplatiõe tanti & tam ornati exer lis
citus gloriabundus Hannibalẽ aſpicit. Et putas ne inquit ſatis eſſe romanis hæc oĩa? Cauilla-
Tunc pœnus eludens ignauiam imbelliamq; militum eius præcioſæ armatorũ Plane tio
inquit ſatis eſſe credo romanis hæc: & ſi auariſſimi ſunt. Nihil prorſus neq; tam lepi-
de neq; tam acerbe dici poteſt. Rex de numero exercitus ſui: ac de exiſtimanda æqui-
paratione quæſiuerat. Reſpondit Hannibal de præda. Flauianus ſubiecit: Sacrificiũ
apud ueteres fuit: quod uocabatur proteruia. In eo mos erat: ut ſiquid ex epulis ſup- Proteruia
fuiſſet: igne conſumeretur. Hic Catonis iocus eſt. Namq; Albidium quendam: qui Sacrificiũ
ſua bona comediſſet: & nouiſſime domum quæ ei reliqua erat incendio perdidiſſet: ꝓ
pter uiam feciſſe dicebat: quod comeſſe non potuerit: id combuſſiſſe.

ſ Ymmachus deinde: Mater. M. Bruti Seruilia cum precioſum ære paruo
fundum abſtuliſſet a Cæſare ſubiiciente haſte bona ciuium: non effugit di-
ctum tale Ciceronis. Equidẽ quo melius emptum ſciatis: cõparauit Ser- Ciceronis
uilia hunc fundũ tertia deducta. Filia aũt Seruiliæ erat Iunia Tertia Eadẽq;. C. Caſſii dictũ in
uxor laſciuiente dictatore tam in matrem q̃ in puellã. Tunc luxuriã ſenis adulteri ci- ſeruiliam
uitas ſubinde rumoribus iociſq; carpebat: ut mala non tantum ſeria forent. galla in-

p Oſt hunc Cecinna Albinus: Plancus in iudicio forte amici cum moleſtũ ſtrumen-
teſtem deſtruere uellet: interrogauit (qa ſutorẽ ſciebat) quo artificio ſe tue tum ſuto
retur. Ille urbane reſpondit: Gallam ſubigo. Sutoriũ hoc habet̃ inſtrumẽ rium
tum: quod nõ in facete in adulterii exprobrationem ambiguitate conuertit: Nã Plan In plancũ
cus in Meuia Galla nupta male audiebat. Secutus eſt Furius Albinum. Poſt muti- facera re-
nenſem fugam quærentibus quid ageret Antonius: reſpondiſſe familiaris eius fereba ſponſio.
tur. Quod canis in ægypto: bibit & fugit: quoniam in illis regionibus conſtat canes In ãtoniũ
raptu crocodillorum exterritos currere & bibere. In mutiũ

e Vſtachius deinde: Publius Mutium imprimis maliuolum cũ uidiſſet ſo- inuidum
lito triſtiorem: Aut mutio inquit neſcio quid incõmodi acceſſit: aut neſcio Auienus
cui aliquid boni. Inde Auienus Fauſtus Syllæ filius cum ſoror eius eodẽ fauſtus in
tpe duos mœchos haberet: Fuluium Fullonis filium & Pompeium cognomine Ma ſororem
culam miror inquit ſororem meam habere maculam cum Fullonem habeat. mœcham

Malii pictoris faceta reſpōſio demoſthenis dictū

h Ic Euangelus: Apud Lucium Mallium: qui optimus pictor romæ habe⁄
batur: Seruilius Geminius forte cœnabat. Cūq; filios eius deformes uidiſ
ſet: non ſimiliter inquit Mali fingis & pingis. Et Mallius: In tenebris. n. fin
go inq̄t. luce pingo Euſebius deinde: Demoſthenes inqt excitatus ad laudis famam:
cuius formam tunc græcia mirabat̃ acceſſit: ut & ipſe famoſo amore potiretur. Qui
ubi dimidium talentum unius precium noctis audiuit diſceſſit hoc dicto ουκαγο
ραζω τοσουτου μετανοησαι. Inter hæc cum Seruius ordine ſe uocante per uerecū
diam ſileret. oēs nos inqt Euangelus impudentes grāmaticæ pronuncias: ſi tacere ta
lia uis uideri tuitiōe pudoris. Vnde neq; tuū nec Diſarii aut Hori ſuperciliū liberum
erit a ſuperbiæ nota: ni Prætextatū & nos uelitis imitari. Tunc Seruius: Poſtq̄ uagis
ſilentium erubeſcendū uidit: ad libertatē ſe ſimilis relatōis aīauit. M. inqt Votacilius
pitholaus: cum. C. Seruilius uno tñ die conſul fuiſſe: dixit. Ante flamines: nunc cōſu
les diales fiunt. Nec Diſarius ultra ex probrationem taciturnitatis expectans ait.

Platonis diſtichon

p Oſt hunc Horus quoq; affero ad uos inquit διστιχον Platonis quo ille
adoleſcens luſerit: cum tragœdiis quoq; eadem ætate præluderet: την ψυ
χην αγαθωνα φιλων επι χειλεσιν ειχον ηλθε γαρ η τλημων ως διαβησο
μενη. Orta ex his læticia & oibus in cenſoriū riſum remiſſis: ac retractantibus quę a
ſingulis antiquæ feſtiuitatis ſapore prolata ſunt. Symmach⁹ ait: Hos Platonis uerſi
culos quorum magis uetuſtatem an breuitatem mireris incertum eſt: legiſſe me me⁄
mini in latinum tanto latius uerſos: quanto ſolet noſtra q̄ græcorum lingua breuior
& anguſtior exiſtimari. Et (ut opinor) hæc uerba ſunt.

Dum ſemiulco ſauio meum puellum ſauior.
Dulcemq; florem ſpiritus duco: ex aperto tramite
Anima ægra & ſaucia cucurrit ad labia mihi:
Rictumq; in oris peruium & labia pueri mollia rimata
Itiner tranſitus: ut tranſiret nititur.
Tum ſi moræ quid fuiſſet pluſculæ:
In cœtu oſculi amoris igne percita tranſiſſet:
Et me linqueret: & mira prorſus res fieret:
Vt ad me fierem mortuus: ad puerum intus uiuerem. Sed miror oēs uos ioca tacuiſ
ſe Ciceronis. in quibus facundiſſimus: ut in oibus fuit: Et ſi uidet̃: ut æditũus reſpon
ſa numinis ſui prædicat ita ego quæ memoria ſuggeſſerit: referro dicta Ciceronis: Tū
oibus ad audiendum erectis. Ille ſic incipit. M. Cicero: cum apud Damaſippum cœ
naret: & ille mediocri uino poſito diceret: Bibite falernum hoc: annorū quadraginta
eſt: Bene inqt ætatem fert. Idem cum Lentulum gene℞ ſuum exiguæ ſtaturæ hoīem
longo gladio accinctum uidiſſet: qs inqt gene℞ meū ad gladiū alligauit? Nec Quin
to Ciceroni fratri circa ſimilē mordacitātē pepercit. Nā cum in ea ꝓuincia quam ille
rexerat: uidiſſet clypeatā imaginē eius ingētibus liniamentis uſq; ad pectus ex more
pictā (erat aūt Quintus ipſe ſtaturæ paruæ) ait: Frater meus dimidius maior ē q̄ to
tus. In cōſulatu Vatinii: quē paucis diebus geſſit: notabilis Ciceronis urbanitas circū
ferebatur. Magnū oſtentū inquit anno Vatinii factum eſt: ꝙ illo conſule nec bruma
nec uer nec æſtas nec autūnus fuit. Quęrenti deinde Vatinio ꝙ grauatus eſſet domū
ad ſe infirmatum uenire reſpondit: Volui in conſulatu tuo uenire ſed nox me cōprehē
dit. Vlciſci aūt ſe Cicero uidebatur ut qui reſpondiſſe ſibi Vatinium meminerat: cū
humeris ſe reipu. de exilio reportatum gloriaretur: Vnde ergo tibi uarices.

Damaſippus
Lentulus gener Ciceroniſ
Quintus frater Ci.
In Vatinii parui temporis conſ.

Aninius quoq; Reuilus q uno die(ut Seruius rettulit):conſul fuit:roſtra
e cũ aſcẽdiſſet pariter honorẽ iniit cõſulatus:& peierauit q̃d Cicero gaudẽs
oĩ occaſione urbanitatis increpuit:λογοθεωρητοσ eſt Caninius cõſul:De In cani
inde:Hoc cõſecutus ẽ Reuilus ut quæreret̃ q̃bus cõſulibus cõſul fuerit Dicere p̃terea nium
nõ deſtitit:Vigilantẽ habemus cõſulem Caniniũ:qui in cõſulatu ſuo ſomnũ nõ uidit. Conſulẽ
Ompeius Ciceronis facetiarum impatiens fuit Cuius hæc de eo dicta fere
p bant̃.Ego uero quem fugiã habeo:quem ſequar nõ habeo. Sed & cum ad
pompeium ueniſſet:dicentib9 ſero cũ ueniſſe:r̃ndit:Minime ſero ueni:nã
nihil hic paratũ uideo.Deinde interroganti Pompeio ubi gener eius Dolobella eſſet: Dolobel-
r̃ndit:cum ſocero tuo.Et cũ donaſſet Pompeius transfugã ciuitate romana:o hoiem la gener
bellũ inq̃t:gallis ciuitatẽ p̃mitit alienã:qui nobis n̄ram nõ põt reddere:Propter quę Ciecronis
merito uidebat̃ dixiſſe Pompeius:cupio ad hoſtes Cicero trãſeat ut nos timeat.
N Cæſarem quoq; mordacitas Cicerõis dentes ſuos ſtrinxit.Nam primũ Cęſar ma
i poſt uictoriam Cęſaris interrogatus:cur in electione partis erraſſet:reſpõ le p̃cinct9
dit:Præcinctura me decepit.Iocatus in Cæſarem:qui ita toga præcingeba
tur:ut trahendo liciniam uelut mollis incederet:adeo ut Sylla tanq̃ prouidus dixerit
Pompeio:Caue tibi illum puerum male præcinctum.
Einde cum laberius in fine ludorum anulo aureo honoratus a Cæſare e ue In laberiũ
d ſtigio in quattuordecim gradibus ad expectãdum tranſit uiolato ordine: ĩ ciceronẽ
& cum detractus eſt eques romanus:& cũ minus remiſſus ait Cicero præ
tereunti Laberio & ſedile quærenti:Recepiſſem te:niſi anguſte ſederem : ſimul & illũ
reſpuens:& in nouum ſenatũ iocatur:cuius numerum Cæſar ſupra fas auxerat. Nec
impune:reſpondit.n.Laberibus.Mirũ ſi anguſte ſedes:qui ſoles duabus ſellis ſedere
exprobrata leuitate Ciceronis.quia immerito optimus ciuis male audiebat Idẽ Cice
ro alias facilitatem Cæſaris in eligendo ſenatum irriſit palam: Nam cum ab hoſpite
ſub Publio Mallio rogaretur:ut decurionatum priuigno eius expediret: aſſiſtẽta fre
quẽtia dixit:Romæ ſi ius habebit Pompeius:difficile eſt.Nec hęc mordacitas ſtetit:
quippe ab Androne quodam laodiceno ſalutatus cum cãm aduentus requiſiuiſſet:
cõperiſſetq;(nam ille ſe legatum de libertate patriæ ad Cęſarem ueniſſe reſpondit)ita
expreſſit publicam ſeruitutem. εαν επιτυχησ και περι ημασ πρεσβασον.
Igebat in eo excedẽs iocis & ſeria mordacitas:ut hoc eſt ex epiſtola ad.C.
l Caſſium dictatoris uiolatorẽ. Vellẽ idibus martiis me ad cœnã inuitaſſes
profecto reliquiarũ nihil fuiſſet:nũc me reliquiæ noſtræ exercent: Idẽ Cice
ro de Piſone genero &.M.Lepido lepidiſſime cauillatus eſt.Dicẽte adhuc Symma-
cho:&(ut uidebat̃)plura dicturo intercedens Auienus:ut fieri ſermonib9 conuiuali
bus ſolet:Nec Auguſtus inq̃t Cæſar in hmõi dicacitate quo q̃ minor : & fortaſſe nec
Tullio.Et ſi uolentibus uobis erit:aliqua eius q̃ memoria ſuggeſſerit:relaturus ſum.
Et horus.Permitte Auiene Symmachus explicet de his:quos iã noiauerat dicta Ci-
ceronis & oportunius quæ de Auguſto ius referre ſuccedent.
Eticente Auieno Symmachus Cicero inq̃:cum piſo gener eius mollius in Piſo Cice
r cederet filia aũt concitatius:ait filiæ:ambula tanq̃ uir.Et cum.M.Lepid9 ronis:ge-
in ſenatu dixiſſet patribus conſcriptis:Tullius ait . Ego non tanti feciſſem ner
ολοιοπτωτον.Sed perge Auiene ne ultra te dicturientem retardem.Et ille:Augu- Auguſt9
ſtus inquam Cæſar affectauit iocos ſaluo tamen maieſtatis pudoriſq; reſpectu : nec delecta-
ut caderet in ſcurram Aiacem tragœdiam ſcripſerat:eandemq; q̃ ſibi diſplicuiſſet.de tus iocis

aiax tra- gœdia ſeuerat. Poſtea Lucius grauis tragœdiarum ſcriptor interrogabat eum: quid ageret Aiax ſuus. Et ille in ſpongiam inquit incubuit.

Dem Auguſtus: cum ei quidam libellum trepidus offerret & mõ ꝓferret manum: mõ traheret: Putas inquit te aſſẽ elephanto dare. Idem cum ab eo Pacuuius Taurus congiarium peteret: diceretq̧ iã hoc hoĩes uulgo loqui: non paruam ab illo ſibi pecuniã datam: ſed tu inquit nolli credere. Aliũ præfectura æquitum ſummotum & in ſuper per ſalarium poſtulantem: dicentemq̧ non lucri cã dari hoc mihi rogo: ſed ut iudicio tuo munus uidear impetraſſe: & ita officium depoſuiſſe. Hoc dicto repercuſſit: Tu te accepiſſe apud oẽs affirma: & ego dediſſe me non negabo. *Vrbanitas in herennium* Vrbanitas eiuſdem innotuit circa Herennium deditum uitiis iuuenem: quem cum caſtris excedere iuſſiſſet: & ille ſupplex hac deprecatiõe uteretur: quo mõ ad patrias ſedes reuertar? quid patri meo dicã? rñdit: dic me tibi diſplicuiſſe. Saxo in expeditione percuſſum ac notabili cicatrice in fronte deformem nimium tñ ua opera iactantem ſic leuiter caſtigauit. At tu cum fugies inquit nunq̃ poſt te reſpexeris. *In galbã gibbum* Galbæ cuius informe gibbo erat corpus: agenti apud ſe cãm & frequenter dicenti corrige in me ſi quid reprehendis. rñdit: Ego te monere poſſum: corrigere non poſſum. *in ſeuerũ caſſium* Cum multi Seuero Caſſio accuſante abſoluerent & architectus fori auguſti expectatiõẽ operis diu traheret: ita iocatus eſt Vellem caſſius & meum forum accuſaſſet.

In herodẽq filiũ ſuũ cum aliis innocentibus interfici iuſſit Ectius cum monumẽtum patris exaraſſet: ait auguſtus: hoc eſt uere monumentum patris colere. Cum audiſſet inter pueros. quos in ſyria Herodes rex iudeoꝝ intra bimatũ iuſſit interfici: filium quoq̧ eius occiſum: ait Melius eſt Herodis porcum eſſe q̃ filium. *In Mœcenatem* Idem Auguſtus qa Mœcenatem ſuũ nouerat eſſe ſtilo remiſſo moli & diſſoluto: talem ſe in epiſtolis quas ad eũ ſcribebat ſæpius exhibebat. & contra caſtigationem loquendi quam alias ille ſcribendo ſeruabat in epiſtola ad Mœcenatem familiari plura in iocos effuſa ſubtexuit: Vale mel gentiũ metuelle ebur ex etruria laſar arrentium ada mas ſupernas thyberinum margaritum cilneorum ſmaragde iaſpi figulorum berille proſennæ carbunculũ habeas ινα συντεμω παντα μαλαγμα mœccharum Exceptus eam quodam cœna ſatis pca: & quaſi quotidiana: *In illum qui dederat parcã cœnam* Nam pœne nulli ſe inuitanti negabat. Poſt epulum igitur inops ac ſine ullo apparatu diſcedens Vale dicenti hoc tm̃ in ſuſurrauit: Non putabam me tibi tã familiarẽ. Cum de tyriæ purpuræ: q̃ emi iuſſerat: obſcuritate quæreretur dicente uenditore: erige altius & ſuſcipe: his uſus eſt ſalibus: Quid ergo ut me popu. romanus dicat bene cultum: in ſolario ambulaturus ſum? *In nomẽculatorẽ ſuum* Nomen culatori ſuo de cuius obliuione querebatur dicenti: nunquid ad forum mandas? Accipe inquit cõmendaticias. quia illic neminem noſti. *in Vatiniũ* Vatinio in prima ſua ætate elegãter inſultauit. Confuſus ille podagra uolebat tamen uideri diſcuſſiſſe uitiũ: & mille paſſus ambulares e gloriabatur. Cui Cæſar. Non miror inquit: dies aliquanto ſunt longiores.

Elata ad ſe magnitudine æris alieni: quã quidã eques romanus dum uixit excedẽte ducẽ tres cælauerat: culcitrã emi cubicularẽ in ei⁹ auctiõe ſibi iuſſit. Et ꝓceptũ mirantibus hãc rõnẽ reddidit: Habẽda ẽ ad ſomnũ culcitra in qua ille cum tm̃ deberet dormire potuit. Non eſt intermittendus ſermo eius quẽ Catonis honori dedit. Venit forte in domũ: in qua Cato habitauerat. Dei. Strabone in adulationẽ Cæſaris male exiſtimãte de catonis peruicatia ait. Quiſqs pſentẽ ſtatũ ciuitatis cõmutari nõ uolet: & ciuis & uir bonus eſt. Satis ſerio & Catonẽ laudauit & ſibi ne qs affectaret res nouas cõſuluit. Soleo in Auguſto magis mirari. quos ptulit

iocos q̃

iocos q̄ ipſe quos protulit: qa maior eſt patientię q̄ facundiæ laus: maxime cū æquanimiter aliqua ēt iocis mordaciora pertulerit. Cuiuſdā ꝓuincialis locus aſper innotuit.

Ioci in auguſtum

Intrauerat romam ſimillimus Cęſari: & in ſe oīum ora cōuerterat. auguſtus perduci hoīem ad ſe iuſſit: uiſumq; hoc mō interrogauit. Dic mihi adoleſcēs: fuit aliqn̄ mater tua romæ. Negauit ille: nec contentus adiecit: ſed pr̄ meus ſæpe.

Quidam ſimilis Cæſari

Tpib9 triū uiralib9 Pollio cum feſceminos in eum Auguſtus ſcripſiſſet ait: At ego taceo. Nō eſt.n.facile in eum ſcribere: qui pōt proſcribere

Pollio in auguſt.

Curtius eques romanus delitiis diffluens: cū macrū turdū ſumpſiſſet in cōuiuio Cęſaris: interrogauit an mittere liceret. Rñderat princeps qdni liceat? Ille ſtatim per feneſtrā miſit.

Curtius eques

Aes alienū Auguſtus cuiuſdā ſenatoris cari ſibi nō rogatus exoluerat numerato quadragies. At ille ꝓ gratiarꝝ actione hoc ſolum ei ſcripſit: Mihi nihil. Solebat Licinius libertus eius inchoanti opa patrono magnas pecunias conferre. Quē morē ſecutus centū ꝓmiſit per libellū: in quo uirgulæ ſuperductæ ps ultra pecuniæ defectionē ꝓtendebat uacante infra loco: Cæſar occaſione uſus ꝓpriori alterꝝ centies ſua manu iunxit ſpacio diligēter expleto & affectata lr̄æ ſimilitudine geminatāq; accepit ſummā diſſimulāte liberto. Qui poſtea cœpto alio opere leniter factū ſuum Cæſari obiecit libello tali dato: Cōfero tibi domine ad noui operis inpenſam quod uidebit.

Patientia Cenſoris auguſti

Mira ēt cenſoris Auguſti & laudata patiētia. Corripebatur eques roman9 a principe tanq̄ minuiſſet facultates ſuas At ille ſe multiplicaſſe coram probauit. Mox eidem obiecit. q ad cōtrahendū matrimoniū legib9 nō paruiſſet. Ille uxorē ſibi & tres liberos eſſe dixit. Tunc adiecit. Poſt hac Cæſar cum de honeſtis hoībus inquiris: honeſtis mandato. Etiā militis nō libertatem tm̄. ſed & temeritatem tulit. In quadam uilla inquietas noctes agebat rumpente ſomnū eius crebro noctuæ cantu. Præhendendā curauit noctuā. Miles aucupii peritus & ſpe ingentis præmii pertulit. Laudato imperator mille nūmos dari iuſſit. Ille auſus eſt dicere. Malo uiuat: auemq; dimiſit. Quis nō miratus eſt non offenſo Cæſare abiiſſe militē cōtumacem. Veteranus cū die ſibi dicto periclitaret: acceſſit in publico ad Cęſarē: rogauitq; ut ſibi adeſſet. Ille aduocatum quē ex comitatu ſuo elegerat ſine mora dedit: cōmendauitq; ei litigatorē. Exclamauit ingenti uoce Veteranus: At nō ego Cæſar piclitāte attiaco bello uicariū quæſiui: ſed pro te ipſe pugnaui: detexitque impreſſas cicatrices: Erubuit Cæſar: uenitq; in aduocationē: ut qui uereret nō ſuperbus tm̄ ſed ēt ingratus uideri. Delectatus inter cœnā erat ſymphoniacis Turonii Flacci mangonis atq; eos frumēto donauerat: cum in alia acroamata fuiſſet liberalis nūmis. Eoſdē quæ poſtea Turonius æquæ inter cœnā quærenti Cæſari ſic excuſauit: ad molas ſunt.

Coruū ſalutans auguſtum

Sublimis attiaca uictoria reuertebat: occurrit ei inter gratulantes coruū tenens quē inſtituerat hoc dicere. Aue Cæſar uictor imperator. Miratus Cæſar officioſam auē. xx. milibus nūmū emit: Socius opificis ad quē nihil ex illa liberalitate peruenerat: affirmauit Cæſari hr̄e illum & aliū coruum: quē ut afferre cogeret rogauit. Allatus uerba quæ didicerat expreſſit. Aue uictor imperator antoni nihil exaſperatus ſatis duxit iubere illū diuidere donatiū cum cōtubernali. Salutatus Similiter a pſytaco emi iuſſit eum. Idē miratus in pica: hāc quoq; redimit. Exēplū ſutorē pauperē ſollicitauit. ut coruū inſtitueret ad parem ſalutationē: q impendio exhaſtus ſępe ad auē nō reſpondentē dicere ſolebat opera & impenſa periit. Aliqn̄ tamē coruus cœpit dicere dictatā ſalutationē. Hac audita dū tranſit Auguſtus reſpondit. Satis domi ſalutatorū taliū habeo. Superfuit coruo memoria: ut & illa quibus dn̄m querentē ſolebat audire ſubtexerat: opera & impenſa periit. Ad quod Cęſar riſit. Emique auē iuſſit quanti nullā adhuc emerat.

Solebat deſcendenti a palatio Cæſari honorificũ aliquod epigrãma porrigere græcu-
lus. Id cũ fruſtra ſæpe feciſſet: rurſuſq; eũ id facturũ uidiſſet auguſt9. breue grecũ ma
nu ſua in charta exarauit epigrãma: ꝑgenti deinde ad ſe obuiã miſit. Ille legẽdo lauda
Liberali- re mirari tã uoce q̃ uultu. Cũq; acceſſiſſet ad ſellã demiſſa ĩfundã pauperẽ manu pau
tas cos denarios ꝓtulit: quos principi daret adiectu hic ſermo ἀηκατατὴη τυχυη σηη
Aug. in σεβαςε ει πλεοη εδὲδουη: Nõ ſm fortunã tuã Auguſte: ſi plus hrẽm plus darẽ. Se
græculũ cuto oĩum riſu diſpẽſatorẽ Ceſar uocauit: & ſeſtertia cẽtũ milia greculo nũerari iuſſit.
Iulia filia ¶ De moribus fœminarum. Cap.
Aug. V M Vltis aliqua & filiæ eius Iuliæ dicta referamus? Sed ſi garrulus non puta
bor: uolo de moribus fœminæ pauca premittere ut quiſq; ueſtrum habeat
ſeria & diſcenda quæ proferat Hortantibuſq; oĩbus ut cœpto inſiſteret: ita
de Iulia orſus eſt. Annũ agebat triceſimũ & octauũ tp̃s ætatis (ſi mẽs ſana ſupeſſet)
uergentis in ſeniũ: ſed indulgẽtia tã fortunæ q̃ prĩs abutebat̃: cũ alioqn litteraꝝ amor
multaq; eruditio quod in illa domo facile erat præterea mitis humanitas: minimeq;
ſæuus aĩus ingentẽ fœminæ grãm cõciliarent mirãtibus q uitia noſcebãt tantã pariter
diuerſitatẽ. Nõ ſemel præceperat pr̃ tẽperato tñ inter indulgentiã grauitateq; ſermõe
moderaret̃ profuſos cultus perſpicuoſq; comitatus. Idẽ cũ ad nepotũ turbã ſimilitu
dinẽq; reſpexerat: qua repreſentabat̃ Agrippa: dubitare de pudicitia filię erubeſcebat.
Inde blandiebat̃ ſibi Auguſtus lætũ in filia aĩum uſq; ad ſpẽm ꝓcacitatis: ſed reatu li
Iuliæ or- berum & talẽ fuiſſe apud maiores Claudiã credere audebat. Itaq; inter amicos dixit
natus duas hr̃e ſe filias delicatas: quas neceſſe hr̃et ferre rempublicã. Et Iulia uenerata dñm
licẽtiore ueſtitu & oculos offenderat patris tacẽtis Mutauit cultu ſui poſtera die mo-
Iuliæ rñ- rem: & letum patrẽ affectata ſeueritate cõplexa eſt: At ille qui pridie dolorẽ ſuũ conti
ſio ad pa nuerat: gaudium cõtinere nõ potuit. Et quãtũ hic ait in filia auguſti ꝓbabilior eſt cul
trem tus? Nõ defuit patrocinio ſuo Iulia his uerbis. Hodię. n. me patris oculis ornaui. heri
Liuia filia uiri. Notum & illud: Cõuertebãt in ſe populum in ſpectaculo gladiatorũ Liuia & iu
Aug. lia comitatus diſſimilitudine Quippe cingẽtibus Liuiã grauibus uiris: hæc iuuẽtutis
& qdẽ luxurioſo grege circũſidebat̃. Admonuit pater ſcripto. Videre quantum inter
duas principes fœminas intereſſet: Elegãter illa reſcripſit. Et hi mecũ ſenes fient. Eadẽ
iulia maturæ hr̃e cœperat canos: quos legere ſecreto ſolebat. Subitus interuẽtus prĩs
aliqñ oppreſſit ornatrices. Diſſimulauit auguſtus deprehenſis ſup ueſtem eaꝝ canis:
& aliis ſermonibus tp̃e extracto induxit ætatis mentionẽ. Interrogauitq; filiã utrum
poſt aliquot annos cana eſſe mallet: an calua. Et cũ rñderet: Ego pater cana eẽ malo
ſic illi mendaciũ obiecit. Quid ergo iſte te caluam tã cito faciunt. Itẽ cũ grauẽ amicũ
audiſſet iulia ſuadentẽ melius facturã: ſi ſe cõpoſuiſſet ad exẽpla paternæ frugalitatis
ait. Ille obliuiſcit̃ Cæſarem ſe eſſe ego memini me Cæſaris filiã. Cũq; conſcii flagitioꝝ
mirarentur quo mõ ſimiles Agrippæ filios ꝓcrearet: quæ tã uulgo poteſtatẽ corpo-
Populiæ ris ſui faceret ait: Nunq̃. n. niſi naui plena tollo uectorẽ. Simile dictum Populiæ. M.
reſponſio filiæ quæ miranti cuidam: quid eſſet: quapropter aliæ beſtiæ nunq̃ marẽ deſiderarẽt:
niſi cum prægnantes uellent: fieri: reſpondit: beſtiæ. n. ſunt. ſed ut a fœminis ad uiros
& a laſciuis iocis ad honeſtos reuertar: cecilius iuriſconſultus urbanitatis miræ liber-
tatiſq; habebat̃: præcipue tñ is iocus eius innotuit. Lapidatus a populo Vatinius: cũ
gladiatorium munus ederet, obtinuerat ut ædiles edicerent: ne quis in arenã niſi po-
mum miſiſſe uellet. Forte his diebus Caſelius conſultus a quodam an nux pinea po-
mum eſſet; reſpondit; ſi in Vatinium miſſurus es pomum eſt.

Arcatori deinde quemadmodũ cum ſocio nauē diuideret interroganti re-
ſpōdiſſe tradit͛. Nauem ſi diuidis nec tu nec socius habebitis. In Galbam M. Leli-
eloquentia claꝝ: ſed quem habit9 (ut ſupra dixi) corporis diſtruebat. M. us in
Lœlii uox circũferebatur: ingenium Galbæ male habitat. In eundē Galbā Orbilius Galbam
grāmaticus accerbius irriſit: Prodierat Orbilius in reum teſtis: quem galba uel con- Orbilius
funderet diſſimulata eius profeſſione interrogauit. Quid artium facis? reſpondit In grāmati-
ſole gibbos fricare ſoleo. cus in eū-
l Vcius Cecilius cum. C. Cæſar aliis qui ſecũ pila luſitabāt centena ſeſtertia dem
illi uni quinquaginta dari uidiſſet: quid ego inqt una manu ludo & nō dua
bus: ut plus habere poſſim? Cũ iratus eē Publius Clodius decimo Valerio diceret:
ꝙ ei nũmum petenti nō dediſſet. Quid amplius inquit mihi facturus es: niſi ut dura
chium eam & redeā: ludens ad Ciceronis exilium. Sed quia & paulo ante Aurelius
Symmachus: & ego nunc Laberii fecimus mentionem: ſi aliqua huius atq; Publii di
cta referem9: imitari uidebimur. & adhibendi cōuiuio mimos uitaſſe laſciuiam: & Laberius
tñ celebritatem quam cũ adſunt illi excitare pollicent͛. Laberiũ aſperæ libertatis equi
tem romanum Cæſar quingētis milibus inuitauit: ut prodiret in ſcænam: & ipſe age
ret mimos: quos ſcriptitabat. Sed poteſtas nō ſolum ſi inuite: ſed ēt ſi ſupplicet co
git: Vnde ſe & Laberius a Cæſare coactum in prologo teſtatur his uerſibus.

Neceſſitas: cuius curſus tranſuerſi impetum
Voluerunt multi effugere: pauci potuerunt:
Quo me detruſit pene extremis ſenſibus.
Quem nulla ambitio: nulla unq̄ largitio:
Nullus timor: uis nulla: nulla auctoritas
Mouere potuit in iuuenta de ſtatu:
Ecce in ſenecta: ut facile labefecit loco
Viri excellentis mente clæmente edita
Submiſſa placide blandiloquens oratio
Etenim ipſi dii negare cui nil potuerunt?
Hominem me negare quis poſſet pati
Ergo bis tricenis annis actis ſine nota
Eques romanus lare egreſſus meo domum
Reuertar mimus: nimirum hoc die
Vno plus uixi mihi q̄ uiuendum fuit
Fortuna immoderata in bono æque atq; in malo
Si tibi erat libitum litterarum laudibus
Floris cacumen noſtræ famæ frangere
Cur cum uigebam membris præuiridantibus
Satiſfacere populo & tali cum poteram uiro
Non flexibilem me concuruaſti: ut carperes?
Nunc me deiicis: quo quid ad ſcænam affero?
Decorem formæ: an dignitatem corporis?
Animi uirtutem an uocis iocundæ ſonum?
Vt hedera ſerpens uires arboreas necat.
Ita uetuſtas amplexu annorum necat
Sepulchris ſimilis: nihil niſi nomen retineo

In ipſa quoq; actione ſubinde ſe qua poterat ulciſcebatur inducto habitu ſyri:q uelut flagris cæſus præripientiq; ſe ſimilis exclamabat. Porro quirites libertatē perdidim9. Et paulopoſt adiecit:neceſſe eſt multos timeat:quē multi timēt. Quo dicto uniuerſitas populi ad ſolum Cæſarē oculos & ora cōuertit notātes eius impotentiā hac dicacitate lapidatam. Ob hæc in publiū uertit fauorē. Is Publius natiōe ſyrus: cū puer ad patronū domini eſſet adductus promeruit eū non minus ſalibus & ingenio q̄ forma. Nam forte cum ille ſeruū ſuum hydropicū iacentē in area uidiſſet: quæſiſſetq;: increpuiſſetq; quid in ſole faceret:reſpōdit:aquam calefacit: Ioculari deinde ſuper cœnam exorta qōne:quodnā eſſet moleſtū ocium:aliud alio opinante ille podagrici pedes dixit. Ob hęc & alia manumiſſus & maiore cura erudit9 cū mimos cōponeret: ingētiq; aſſenſu in italiæ oppidis agere cœpiſſe ꝓductus romæ p Cęſaris ludos oēs q̄ tunc ſcripta & opas ſuas in ſcænā locauerant:ꝓuocauit ut ſinguli ſecū poſita uicem materia pro tpe contēderent. Nec ullo recuſante ſuperauit oēs: inquis & Laberium. Vnde Cæſar arridens hoc mō pronūciauit: Fauente tibi me uictus ex Laberi a ſyro. Statimq; Publio palmā & Laberio annulū aureū cum quīgētis ſeſtertiis dedit. Tūc Publius ad Laberiū recedētes:ait Qui cū contendiſti ſcriptor hūc ſpectator ſubleua: Sed & Laberius ſequenti ſtatim cōmiſſione mimo nouo interiecit hos uerſus.

Publius Syrus

Non poſſunt primi eſſe omnes omni in tempore.
Summum ad gradum eum claritatis ueneris:conſiſtes
Aegre:nec citius q̄ deſcendas:decidas.
Cecidi ego:cadet qui ſequitur:laus eſt publica

Publii autem ſententiæ feruntur lepidæ:& ad cōmunem uſum accōmodatiſſime. Ex quibus has fere memini ſingulis uerſibus circumſcriptis.

Sentētiæ Publii lepidæ

Beneficium dando accepit qui digno dedit.
Feras non culpes quod mutari non poteſt.
Cui plus licet:q̄ par eſt:plus uult q̄ licet.
Comes facundus in uia pro uehiculo eſt.
Frugalitas miſeria eſt rumoris boni.
Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt.
Furor fit læſa ſæpius patientia.
Improbe neptūnum accuſat:qui iterum naufragium facit.
Nimium altercando ueritas amittitur.
Pars beneficii eſt:quod petitur ſi cito neges.
Ita amicum habeas:poſſe ut fieri hunc inimicum putes.
Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.
Nunq̄ periculum ſine periculo uincitur.

Pylades hiſtrio Hyla ei9 diſcipul9

Sed qa ſemel ingreſſus ſum ſcænā loquēdo:nō Pylades hiſtrio nobis omittēdus eſt: qui clarus in ope ſuo fuit tpibus Auguſti & Hylam diſcipulū uſq; ad ætatis contentionem eruditiōe prouexit. Populus deinde īter utriuſq; ſuffragia diuiſus eſt. Et cum canticū quoddā ſaltaret Hylas:cuius clauſula erat τὸν μέγαν Ἀγαμέμνονα ſublimē ingētēq; Hylas uelut metiebat̄. Nō tulit Pylades:& exclamauit e cauea σὺ μακρὸν οὐ μέγαν ποιεῖς. Tūc eū popul9 cœgit idē ſaltare cāticū. Cūq; ad locū ueniſſet quē rephenderat:expreſſit cogitantē:nihil magis ratus magno duci cōuenire: q̄ p oībus cogitare. Saltabat Hylas Oedipodē & Pylades hac uoce ſecuritatē ſaltātis caſtigauit σὺ βλέπεις. Cū in Herculē furētē ꝓdiſſet:nōnullis īceſſum hiſtriōi conueniē-

tem non ſeruare uideret᷑:depoſita pſona ridẽtes increpuit μωροὶ μαινόμενον ὀχρο
υμαι.Hac fabula & ſagittas iniecit in populũ Eãdem perſonã cum iuſſu Auguſti in
triclinio ageret:& intendit arcũ & ſpicula imiſit.Nec indignatus eſt Cæſar eodẽ ſe lo
co Pyladi quo po.ro.fuiſſe.Hic quia ferebat᷑ mutaſſe rudis illius ſaltatiõis ritũ:quæ
apud maiores uiguit:& uenuſtã induxiſſe nouitatẽ: interrogatus ab Auguſto q̃ ſal-
tationi cõtuliſſet:reſpõdit αὐλῶν συρίγγων.Idẽ tum pp populi ſeditionẽ ꝑ contẽ
tiõe inter ſe Hylãq; habita cõcitantẽ indignationẽ excepiſſet Auguſti rñdit βασιλευ
σασον αὐτους περι ημας ἀπολεισθαι και ευκαριςεσι dictis & excitata lætitia cũ
i Auiẽo mẽoriã florida & amœnitas laudaret᷑ igenii:mẽſas ſecũdas miſter admouit.

T Flauianus.Multi ut extimo in hoc in a Varro diſſentiunt: q̃ in illa lepi
diſſima ſatyra menippea:q̃ inſcribit Neſcit quid ueſper uehat de ſecunda
menſam placẽtas remouit. Sed quæſo dicas Cecina uerba ipſa Varronis:
ſi tibi beneficio memoriæ tenatioris hæſerũt.Et Albinus locus inquit Varronis quẽ
referri a me imperas:in his fere uerbis eſt.Bellaria ea maxime ſunt mellita:quæ melli
ta non ſunt.Dulcibus.n.cũ pepſi ſocietas infida.Significant aũt bellaria omne men- Bellaria
ſæ ſecundæ genus:Nam quæ πέμματα græci uel τραγήματα dixerunt: ea ueteres
noſtri appellauere bellaria uina quoq; dulciora eſt inuenire i comediis antiquioribus
hoc uocabulo:dictaq; ea liberi bellaria.

T euangelus agite anteq̃ ſurgendũ nobis ſit:uino indulgeamus quod de Vinũ ſo-
creti platonici auctoritate faciemus:qui exiſtimauit fomitem eſſe quendã mes & ici
& incitabulũ ingenii uirtutiſq;:ſi mens & corpus hoĩs uino flagret. Tum tabulũ in
Euſtachius quid agis inquit euãgele:an Platonẽ extimas haurienda paſſim uina ſua- genii uir-
ſiſſe:& non magis inter minuta pocula iucũdiorem liberalioremq; inuitatiõemq; fie- tutiſq;
ret ſub quibuſdã quaſi arbitris & magiſtris cõuiuioꝝ ſobriis nõ improbaſſe? Et hoc
eſt quod in primo & in ſecũdo de legibus non inutile uiris eſſe decernit.Nam & mo-
dicis honeſtiſq; interbibẽdum remiſſiõibus refici integrariq; animos ad inſtaurãda ſo
brietatis officia extimauit:redditoſq; ſenſim lætiores ad intentiones rurſus capeſſen-
das fieri habiliores:& ſimul ſiqui penitus in his affectionũ cupiditatumq; errores in-
eſſent quos celaret alioquin pudor reuerẽs:ea omnia ſine graui periculo libertate per
uinum data detegit:& ad corrigẽdum medendũq; fieri oportuniora.Atq; hoc etiam
Plato ibidem dicit non diffugiẽdas eſſe huiuſcemodi exercitatiões aduerſus propul-
ſandam uini uiolentiã:neq; illum unq̃ continẽtem prorſum aut temperãtem ſatis fi-
deliter uiſum eſſe:cui uita nõ inter ipſa erroꝝ pericula & in mediis uoluptatum illece
bris explorata ſit.Nam cui libẽtiæ gratiæq; oẽs conuiuioꝝ icognitæ ſint:qq; illaꝝ oĩ
no expers ſit.ſi eũ forte ad participãdas hmõi uoluptates:aut uolũtas tulerit: aut ca-
ſus induxerit:aut neceſſitas ipulerit:mox deliniri & capi neq; mentẽ eius aĩumq; con
ſiſtere.Congrediendũ igitur.& tanq̃ in acie quadã cũ uoluptariis rebus cũq; iſta uini
licẽtia cõminus decernendũ ut aduerſus eas nõ fuga nec abſentia ſimus tuti:ſed a ui-
gore & conſtãti pſentia moderatoq; uſu tẽperãtiã cõtinentiãq; tueamur: & calefacto
ſimul refotoq; a io ſi qd in eo uel frigidæ triſtitiæ:uel torpẽtis uerecũdiæ fuerit:delua
mus.Sed qa uoluptatũ fecimus mentionẽ: docet Ariſtoteles a qbus uoluptatibus
ſit cauendũ.Quinq;.n.ſunt ſenſus hoĩum:quos græci αἰσθήσεις appellant:p quos
uolupras aĩo aut corpori quæri uidet᷑.tactus guſtus odorat9 uiſus auditus.Ex iis oĩ uolupta
bus uoluptas q̃ imodice capit᷑:ea turpis atq; iproba eſt.Sed.n.que nimia ex guſtu at tes Duæ
q; tactu eſt:ea igit᷑ gemina uoluptas ſicut ſapiẽtes uiri cẽſuerũt:oĩum reꝝ fœdiſſima

eſt eoſq; maxime qui ſeſe duabus iſtis uoluptatibus dediderunt: grauiſſimi uitii uoca bulis græci appellauerũt uel ακρατεισ uel ακολαςουσ. Nos eos uel incõtinentes di cimus uel intẽperantes: Iſtas aũt uoluptates duas: guſtus atq; tactus.i.cibi atq; uene ris: ſolas hoĩbus cões uidemus eſſe cum belluis. Et iccirco in pecudũ ferorumq; aĩali umq; numero habetur quiſquis eſt his ferarũ uoluptatibus occupatus. Cætera ex tri bus aliis ſenſibus proficiſcentes hoĩum tm̃ propria ſunt. Verba ſuper hac re Ariſto telis philoſophi mediũ proferam: ut quid de iis infamibus uoluptatibus tam clarus atq; inclytus uir ſentiat publicet: Δια τικλατην αφης η γευσεσ ηδονην εγγενο μενην εάν υπερβαλλωσι ακρατεισ λεγονται οιτε γαρ περιτα αφροδισια ακο λαςοι τοι ουτοι οι περι τασ τησ τροφησ απολαυσεισ των δε κατατην τροφην απενίων λεντη γλοττη απενιων δε εντη λαρυγγι ηυχετο ευχειν διατοτασ απότου του γενομενασ κοινάσ ειναι ημιν και τοισ αλλοισ ζωοισ των δε ού σων κοινων αισχρων ειναι την αυτικα ηττωμενον λεγομενον και ακρατη και ακολαςλον δια τουτο των χειριςαιν ηδονων ηττασθαι των δε αισθησεων πεντε τὰ αλλαίωα απολυο μονον ηδεται κατα δε τασ αλλασ ηλωσουχη δε ται ηκατα τοσυμβεβηκοσ τουτο πασχει. Quis igitur habẽs aliquid humani pu doris uoluptatibus iſtis duabus coeundi atq; comedẽdi: quæ hoĩ cum ſue atq; aſino cões ſunt: gratuletur? Socrates quidem dicebat hoĩes multos propterea uelle uiuere ut ederent & biberẽt: ſe bibere atq; eſſe ut uiueret. Hippocrates aũt diuina uir ſcĩa de coitu uenereo ita exiſtimabat: partem eſſe quãdam morbi teterrimi: quem noſtri co mitialem dixerunt. Nam qui ipſius uerba hæc tradũtur: την συνουσιαν ει ναι μι κραν επιληψιαν.i.coitum eſſe paruum morbum comitialem.

Coitus quid eſt

MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET IL LVSTRIS SATVRNALIORVM. LIBER. .III.

IOLatum cũ ſe noſcet æneas multa cæde pollutũ ait.
Tu genitor cape ſacra manu patrioſq; penates.
Me bello e tanto digreſſum & cæde recenti.
Attractare nephas: donec me flumine uiuo.
a Ablueto. Poſt Caietæ quoq; nutricis ſepulturã quo po tiſſimum nauigãs appellitur: quã ad eã partẽ per quam fluuio thyberinus amœno in mare prorumpit: ut confe ſtim in ipſo italiæ limine fluuiali unda ablutius: poſſet q̃ puriſſime Iouẽ phrygiamq; ex ordine matrem inuoca re. Quid q; Euandrum aditurus per thyberim nauigat: q; eũ eſſet repturus Herculi ſacra celebrantẽ: ut ſic purificatus ſacris poſſet hoſpitalib9 intereſſe? Hinc & Iuno ip ſa conqueritᷣ: nõ magis q; Aeneã cõtigiſſet. & cõtra ſuũ uelle in italiã puenire: q̃ q; op tato potiretᷣ thybridis alueo: qa ſciret eũ hoc amne purificatũ poſſe ſacra ẽt ſibi rite p ficere. Nã ne ſupplicari quidem ſibi ab eo uellet. Nunc (qm̃ purificationẽ ad ſacra ſu peroꝝ pertinẽtem deoꝝ in uirgiliana obſeruatione mõſtrauimus) uideamus utrum etiam circa inferoꝝ deoꝝ cultum ꝓprietatem moris idem poeta ſeruauerit. Conſtat diis ſuperis ſacra factuꝝ corporis ablutione purgari: cũ uero inferis litandum eſt: ſa tis actum uidetur: ſi aſperſio ſola contingit. De ſacris igitur ſuperoꝝ ait Aeneas: do nec me flumine uiuo abluero. At Dido cum ſacra diis inferis inſtituit: ait.

In ſacris ſuperoꝝ lauantur

In ſacris inferorũ aſpergũt

Annam chara mihi nutrix huc ſiſte ſororem.
Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha. Et alibi
Sparſerat & latices ſimulatus fontis auerni
Nec non cum Miſenum ſepulturæ mandari refert idem. Ter ſocios pura circuntulit
unda Spargēs rore leui. Sed & cum facit. Aeneam apud inferos ramum Proſerpinæ
conſecraturum ita infert.
Occupat Aeneas aditum: corpuſq; recenti
Spargit aqua. Verborum proprietas tam poetæ huic familiaris eſt: ut talis obſerua-
tio in Virgilio eſſe iam deſinat: nullis tñ magis proprie uſus eſt q̄ ſacris uel ſacrificali
bus uerbis. Et primo nō omiſerim in quo pleriq; fallunt: Extaq; ſalſos ꝓiicit ī fluctus
non ut quidā proiicit: exiſtimantes dixiſſe Virgilium proiicienda exta: qui adiecit ī flu
ctus ſed non ita eſt. Nam ex diſciplina aruſpicū & ex præcepto pontificum uerbum
hoc ſolēne ſacrificantibus eſt: ſicut Veranius ex primo li. Pictoris ita diſertationem
huius uerbi executus eſt: Exta porriciunto diis tanto in altaria: aramue: focūue: eoue
quo exta dari debebunt. Porricere ergo non proiicere proprium ſacrificii uerbum eſt. Porricere
Et quia dixit Veranius in aram focumue eoue quo exta dari debebunt: nunc pro ara
& pro foco mare accipiendum eſt: cum ſacrificium diis maris dicatur. Ait enim.
Dii quibus imperium eſt pelagi: quorum æquora curro:
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras uoti reus: extaq; ſalſos
Porriciam in fluctus: & uina liquentia fundam.
Ex his docetur in mare rite potuiſſe porrici exta: non ꝓiici. Cōſtituam ante aras uoti
reus: Hæc uox ꝓpria ſacroꝝ eſt: ut reus uocetur: qui ſuſcepto uoto ſe numinibus ob Reus
ligat. damnatus aūt qui ꝓmiſſa uota iam ſoluit. Sed de hoc non opus eſt a me plura Damnati
ꝓferri: cum uir doctiſſimus Euſtachius pauloante hanc ꝑtem plenius executus ſit.

¶De proprietatibus uerborum. Cap.

St profundam ſcientiam huius poetæ in uno ſæpe reperire uerbo: qd' for- Tangere
e tuito dictum uulgus putaret. Multifariam. n. legim9 q; litare ſola nō poſ aras
ſit oratio: niſi ut his qui deos precatur: ēt aram manib9 apprehēdat. Inde Ara
Varro diuinaꝝ lib. v. dicit aras primum anſas dictas: q; eſſet neceſſarium a ſacrifican
tibus eas teneri. Anſis aūt teneri ſolere uaſa quis dubitet? Cōmutatione ergo litteraꝝ Anſa
aras dici cœptas: ut Valeſios & fuſios dictos prius: nūc ualerios & Furios dici. Hæc
omnia illo uerſu poeta executus eſt: Talibus orantem dictis: araſq; tenētem Audiit
oīpotens. Non ne eo additum crediderís: non quia orabat tantum ſed quia & aras te
nebat auditum? Nec non cum ait. Talibus orabat dictis araſq; tenebat. Item Tāgo
aras medios ignes & numina teſtor eandem uim noīs ex apprehenſione ſignificat.

Dem poeta tā ſcia ꝓfundus: q̄ amœnus ingenio nōnulla de ueteribus uer
i bis: quæ ad ꝓprietatē ſacroꝝ nouerat pertinere: ita interꝑtatus eſt: ut mu
tato uerbi ſono integer intellectus maneret. Nā primo pōtifici libro apud
Pictorē uerbū hoc poſitū ē uitulari. De cuius uerbi ſignificatu Titius ita rettulit. Vi Vitulari
tulari eſt uoce lętari. Varro ēt in libro quintodecimo reꝝ diuinaꝝ ita refert: q; pōtifex
in ſacris qbuſdā uitulari ſoleat: qd græci παιανίζειν uocāt. Has toc iterpretatiōis am
bages q̄ paucis uerbis docta Maronis elegātia exꝑſſit: Lætūq; choro pæana canētes.
Nā ſi uitulari ē uoce lætari: qd eſt παιανίζειν: nō ne in cantu læti παιανος enarratio
uerbi ꝑfecta ſeruata eſt? Et ut huic uocabulo diutius imoremur: Hylus libro quē de

Vitula Dea diis compoſuit ait Vitulam uocari deam:quæ lætitiæ ꝑeſt.Poſo ait uitulam uicto-
riam noĩari.Cuius rei hoc argumentũ profert:ꝗ poſtridie nonas iulias re bene geſta
cũ pridie populus a tuſcis in fugam uerſus ſit:unde populi fugia uocant̃:poſt uicto
riam ſequẽtem certis ſacrificiis fiat uitulatio.Quidam nomẽ eius aĩaduerſum putãt
ꝗ potens ſit uitæ tolerandæ.Ideo huic deæ pro frugibus fieri ſacra dicunt̃:quia frugi
bus uita humana toleratur.Vnde hoc eſſe aĩaduertimus:ꝗ ait Virgilius:Cũ faciam
uitula pro frugibus ipſe uenito:ut uitula dixerit pro uitulatione:quod nomẽ eſſe ſa-
crificii ob lætitiam facti ſuperius expreſſimus.Meminerimus tñ ſic legendum ꝑ ab-
latiuum:cum faciã uitula pro frugibus.i.cũ faciam rẽ diuinam non oue:non capra:
ſed uitula:tanq̃ dicat:cum uitulam ꝓ frugibus ſacrificauero:quod eſt:cũ uitula rem
diuinã fecero.Pontificẽ Aeneam uel ex noĩe referendoꝝ laboꝝ eius oſtẽdit:Pontifici
bus.n.permiſſa eſt poteſtas memoriam reꝝ geſtaꝝ in tabula conferẽdi:& hos anna
les appellant equidẽ maximos:quaſi a põtificibus maximis factos.Vnde ex perſona
Aeneæ ait:Et uacet annales noſtroꝝ audire laboꝝ:Et quia inter decreta pontificum
hoc maxime q̃ritur:qd ſacrũ:qd ſanctũ:quid religioſum:quærendũ:utrũ iis ſm dif-
finitionẽ ſuã Virgiliꝰ uſus ſit:& ſingulis uocabuli ſui ꝓprietatẽ more ſuo ſeruauerit.

¶Quid ſacrum:quid ſanctum:quid religioſum:quid profanum. Cap.

Acrum eſt:ut Trebatius libro primo de religionibus refert:quicquid eſt
ſ quod deoꝝ habetur.Huius diffinitiõis poeta memor:ubi ſacrũ noĩauit:
admonitionem deoꝝ pene ſemper adiecit Sacra idoneæ matri diuiſq; fere
Quid ſit profanũ bam.Item Sacra Ioui ſtygio q̃ rite icepta paraui.Item tibi.n.tibi maxima iuno Ma-
ctat ſacra ferens.Profanum oẽs pœne conſentiunt id eſſe:quod extra fanaticam cãm
ſit:quaſi porro a fano & religione ſecretũ.Cuius ſignificatus exemplũ coñſecutus ẽ:
cum de luco & adytu inferoꝝ ſacro utroq; loquaret̃:Procul o procul eſſe profani cõ
clamat uates:totoq; abſiſtite luco.Eo accedit quod Trebatius profanũ id proprie di
ci ait:quod ex religioſo uel ſacro in hoĩum uſum ꝓprietatemq; couerſum eſt.Quod
ꝓfanatũ aptiſſime poeta ſeruauit:cum ait:Faune ꝑcor miſerere inquit:tuq; optima ferꝝ terra
Quid ſit ſanctum tene:colui ueſtros ſi ſemp honores.Quos contra æneadæ bello fecere ꝓfanos.Dixe
rat.n.Sed ſtirpem teucri nullo diſcrimine ſacrũ ſuſtulerant.Vnde oſtẽdit proprie ꝓ
fanatum quod ex ſacro ꝓmiſcuum humãis actibus accõmodatũ eſt.Sanctũ eſt:ut
idem Trebatius lib.x.religionum refert:interdũ idem quod ſacrũ idem quod religio
ſum:interdũ aliud:hoc eſt nec ſacrũ nec religioſum eſt.Quod ad ſecũdam ſpẽm per
tinet:Scã ad uos aĩa atq; iſtius inſcia culpę.Deſcẽdam.Non.n.ſacro aut religio eius
aĩa tenebatur:quam ſanctã hoc eſt incorruptã uoluit oſtendere:ut in illo quoq;:Tu
o ſanctiſſima coniunx fœlix morte tua:in quo caſtitatis honorem incorruptæ uxoris
amplexus eſt.Vnde & ſanctæ leges:quæ nõ debeant pœne ſanctiõe corrũpi.Quod
aũt ad priorem ſpẽi diffinitionem de ſcõ attinet.i.nõ ut aliud ſit q̃ ſacrum aut religio
ſum:Ecce leuis ſũmo de uertice uiſus iuli fundere lumẽ apex.Et paulopoſt:Nos pa
uidi trepidare:crinemq; flagrantẽ excutere & ſanctos reſtinguere fontibꝰ ignes.Hic
.n.ſcõs ac ſi ſacros accipiemus:quia diuinitꝰ contigerũt.Item Tuq; o ſanctiſſima ua
Quid ſit religioſũ tes præſcia uenturi:nõ aliud niſi ſacrũ uocat:quam uidebat & uatem & deo plenam
& ſacerdotẽ.Supereſt ut qd ſit religioſum cũ Virgilio cõicemus Seruius Sulpitius
Religio religionem eſſe dictã tradidit:quæ pp ſanctitatem aliquã remota ac ſepoſita a nobis
Cęrimõia ſit:quaſi a relinquendo dicta:ut a carendo cærimonia.Hoc Virgilius ſeruans ait:Et
ingens gelidũ lucus ꝓpe ceritis amnem religione patrũ late ſacer.Et adiecit quo pro
prietatem

prietatem religiõis exprmeret: Vndiqꝫ colles incluſere caui: & nigra nemus abiete cingit. Quæ res utiqꝫ faciebat lucũ a cõmunione populi ſecretum. Et ut relictum locũ oſtẽderet non ſolũ adeundi difficultate adiecit & ſanctitatẽ: Siluano fama eſt ueteres ſacraſſe pelaſgos Agroꝝ pecoriqꝫ deo. Secundũ Pompeium feſtũ: Religioſi ſunt: q facienda & uitanda diſcernũt. Hinc Maro ait: Riuos deducere nulla Religio uetuit. Deducere
Quod aũt ait deducere: nihil aliud eſt q̃ detergere. Nam feſtis diebus riuos ueteres ſordidatos detergere licet: nouos fodere non licet. In tranſcurſu & hoc notandũ eſt: quod & ipſe uelut præteriens ſub unius uerbi ſignificatione ꝓiecit. Cauet̃.n. in iure põtifico: ut qm̃ oues duabus ex cauſis lauari ſolẽt aut ut curetur ſcabies: aut ut purgetur lana feſtis diebus purgandæ lanæ gratia oues lauari non liceat: liceat aũt ſi curatione ſcabies ablueanda ſit. Ideo hoc quoqꝫ inter conceſſa numerauit: Balantumqꝫ gregem fluuio merſare ſalubri. Quod ſi hucuſqꝫ dixiſſet licita & uetita confundere: ſed adiiciẽdo ſalubri: cauſam conceſſe ablutionis expreſſit.

¶Quid delubrum. Cap.

N Omnia & ſacroꝝ locorum ſub congrua proprietate proferre pontificalis obſeruatio eſt. Ergo delubrum qd pontifices ꝓprie uocent: & qualiter hoc noie Virgilius uſus ſit requiramus: Varro libro. viii. reꝝ diuinaꝝ: Delubrũ ait alios exiſtimare: in quo præter ædẽ ſit area aſſumpta deũ cã ut eſt in circo flamino Iouis ſtatoris. alios in quo loco dei ſimulacrũ dedicatũ ſit. Et adiecit: Sicut locum in quo figerent candelam candelabrum appellatũ: ita in quo deũ ponerẽt noiatum de- Candela-
lubrum. His a Varrone præſcriptis poſſumus intelligere id potiſſimũ ab eo ꝓbatũ brum
quod ex ſua conſuetudine in ultimo poſuit: ut a dei dedicato ſimulacro delubrũ cœperit nuncupari. Virgilius tñ utranqꝫ rõnem diligẽter eſt executus. Vt.n.a poſtrema incipiamus: obſeruauit delubrũ noiaturus: aut ꝓprie deoꝝ noia aut ea quæ diis accõmodarentur inſerere. At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones: Effugiunt. Et ut mox ſimulacrũ noiaret ſubtexuit: ſeueqꝫ petunt tritonidis arcem Sub pedibuſqꝫ deæ clypeiqꝫ ſub orbe tegunt̃. Itẽ: Nos delubra deũ miſeri. qbus ultimus eẽt. Ille dies. Illam uero opinionẽ de area quã Varro prædixerat nõ omiſit: Principio delubra adeũt pacemqꝫ per aras Exquirunt. Et mox: Aut ante ora deum pingues ſpaciatur ad aras: Quid.n. eſt ſpaciare: q̃ ſpacio lati itineris ob ambulare. Quod adiiciendo ante aras: oñdit areã aſſumptam deoꝝ cãs ob ita ſuo more uelut aliud agendo implet arcana.

¶Quid dii penates. Cap.

d E diis quoqꝫ romanoꝝ ꝓpriis ideſt penatibꝰ aſperſa eſt huic operi nõ incurioſa ſubtilitas. Nigidius.n. de diis libro. xix. requirit: num dii penates ſint troianoꝝ Apollo & neptũnus qui muros eis feciſſe dicunt̃: & nũ eos in italiam Aeneas aduxerit. Cornelius quoqꝫ labeo libro de diis penatibꝰ eadem extimat. Hanc opinionẽ ſequit̃ Maro cũ dicit: Sic fatus meritos aris mactabat honores. Taurũ neptuno: tauꝝ tibi pulcher apollo. Varro humanaꝝ ſecũdo Dardanũ refert deos penates ex ſamothrace i phrygiã: & Aeneã ex phrygia in italiã detuliſſe. Qui ſint aũt dii penates in libro quidẽ memorato Varro nõ exprimit. Sed qui diligẽtius eruunt ue Penates
ritatẽ: penates eẽ dixerũt: p quos penitus ſpiramus: p quos habemus corpus: p quos rõnẽ animi poſſidemus. Eſſe ãt mediũ æthera Iouẽ: Iunonẽ uero imũ aera cũ terra: & Mineruã ſummũ ætheris cacumẽ: Et argumẽto utunt̃: ꝙ Tarquinus Demarathi corinthii filius ſamothracis religionibus myſticæ imbutus uno tẽplo ac ſub eodẽ tecto numina memorata cõiungit. Caſſius: uero Hemina dicit ſamothracas deos eoſdẽqꝫ

romanorum penates proprie dici θεους μεγαλους. Noſter hæc ſciens ait: Cum ſo
ciis natoq; penatibus & magnis diis: quod exprimit θεους μεγαλους. Sed & oīa hæc
noīa cū in uno de ſupradictis numinibus ſeruat doctriuā: procul dubio ſuā de hac oī
Magni dei — opinione cōfirmat. Cū.n. ait Iunonis magnæ primū præce numen adora: την μεγα-
λην noīat. Adſit lætitiæ bacchus dator & bona Iuno: την δυνατην. Dominamq; po-
Iuno magna — tentē την κρησην. eodē noīe appellauit. Et Veſtā quā de numero penatū aut certe co
mitē eo℞ eſſe manifeſtū eſt: adeo ut & cōſules & ꝑtores ſeu dictatores cū adeūt magi
Iuno Bōa — ſtratū lauinii rē diuinā faciūt penatibus pariter & ueſtę: Sed & Virgilius ubi ex ꝑſona
Iuno Potens — Hectoris dixit: Sacra ſuoſq; tibi cōmēdat troia penates: mox adiecit. Sic ait & mani-
bus uitas ueſtāq; potētē Aeternūq; adytis effert penetralibus ignē. Addidit Higini9
Dii Patrii — in libro quē de diis penatibus ſcripſit: uocari eos θεους πατρωους. Nec hoc Virgi-
lius ignoratū reliqt. Dii patrii ſeruate domū ſeruate nepotē: Et alibi Patriiq; penates.

[Hoſtiar.] ¶ Hoſtiarum genera. Cap.

Nec minus de ſacrificio℞ uſu: quā de deo℞ ſciētia diligentiā ſuā pādit. Cū.n.
hoſtia an. — Trebatius libro primo de religiōibus doceat hoſtia℞ genera eē duo. Vnū
in quo uolūtas dei per exta diſquirit̄. Alte℞ in quo ſola aīa deo ſacrat̄. Vn
de & Aruſpices aīales has hoſtias uocāt. Vtrunq; hoſtia℞ genus Virgilius in carmi
Sententię Virgilii Vſq; adeo ne mori miſerū eſt: Stat ſua cuiq; dies. Dolus an uirtus qs in hoſte reqret: Et qd quæq; ferat regio: & qd quæq; recuſet. Auri ſacra fames. Et ne obtundam nota referendo: mille ſnīarum talium aut in ore ſunt ſingulorū: aut obuiæ intentioni legentis occurrūt. In nōnullis ab homerica ſecta Haud ſcio caſu ne an ſpōte diſcis fortunā: Homerus neſcire maluit: & ſoli decreto quā μοῖραν uocat oīa regēda cōmittit: adeo ut hoc uocabulū τυχη in nulla parte homerici uoluminis nomineť. Contra Virgiliꝰ non ſolū nouit & meminit: ſed omnipotētiam quoq; eidem tribuit: quā & philoſophi qui eam noīant: nihil ſua ui poſſe ſed decreti: ſiue prouidentiæ miniſtrā eſſe uoluerūt. Et in fabulis ſeu in hiſtoriis nōnūq̄ idem facit. Aegeo apud Homerū auxilio eſt Ioui. Hunc contra Iouē armant uerſus Maronis. Eumedes. Dolonis proles bello pręclara animo manibuſq; parentē refert: cum apud Homerū dolo imbellis ſit: Nullā cōmemorationē de iudicio Paridis Homerus admittit. Idem uates Ganymedē non ut Iunonis pellicem a Ioue raptū: ſed Ioui aliū peculorum miniſtrū in cælū a diis aſcitum fert uelut decorū. Virgilius tantam deā quod cuius de honeſtis fœminæ deforme eſt: uelut ſpecie uictam Paride iudicāte doluiſſe: & pp catamiti pellicatum totā gentem eius uexaſſe cōmemorat. Interdū ſic auctorē ſuum diſſimulanter imitatur: ut loci īde deſcripti ſolā diſpoſitionē mutet: & faciat uelut aliud uideri. Homerus ingenti ſpiritu ex pturbatōe terræ ipſum Ditē patrē territū pſilere & exclamare quodāmō facit.

Hoc maro non narrationis: ſed parabolæ loco poſuit: ut aliud eſſe uideretur: Nō ſecus ac ſi qua penitꝰ ui terra dehiſcens Infernas reſeret ſedes & regna recludat Pallida diis inuiſa. ſuperq; imane barathrum Cernať: trepidentq; īmiſſo lum ne manes. Hoc quoq; ſimulādo ſurripuit. Nam cū ille dixiſſet deos ſine labore uiuere. θεοὶ ῥεῖα ζώοντες: Hoc idē dixit occultiſſime: Dii iouis in tectis irā miſeranť inanē Amborꝫ: & tātos mortalibus eſſe labores. qbus ipſi ſcilicet carent. Quid Virgilio cōtulerit Homerus:

rus: hinc maxime liquet: ꝙ ubi reꝝ neceſſitas exegit a Marone diſpoſitionē incohādi belli: quā non habuit Homerus: quippe qui Achillis irā exordiū ſibi fecerit: quæ decimo demū belli anno contigerit: laborauit ad rei nouæ partū: ceruum fortuito ſaucium fecit cām tumultus. Sed ubi uidit hoc leue nimiſq; puerile: dolorem auxit agreſtium: ut ĩpetus eoꝝ ſufficeret ad bellū. Sed nec ſeruos Latini & maxime ſtabulo regio curantes atq; ideo qd fœderis cum troianis Latinus iecerit: ex muneribus equoꝝ & currus iugalis non ignorantes: bellū generis domini oportebat tñ ferre. Quid igiť deoꝝ maxima deduciť e cælo & maxima furiaꝝ de tartaris aſſciſciť. Sparguntur angues uelut in ſcæna parturiētes furorē. Regina nō ſolū de penetralibus reuerētię matronalis educiť: ſed & per urbē mediā cogiť facere diſcurſus. Nec hoc contenta ſiluas petit accitis reliquis matribus in ſocietatē furoris Bacchiať chorus quondā pudicus & orgia inſana celebrāť. Quid plura? maluiſſem Maronē & in hac parte apud auctorē ſuū uel apud quēlibet græcorū aliū qđ ſequereť habuiſſe. Alium nō fruſtra dixi: quia non de unius racemis uindemiā ſibi fecit: ſed bene in rē ſuā uertit quicqd ubicūq; ĩuenit imitandū: adeo ut de argonauticoꝝ quarto quoꝝ ſcriptor eſt. Apollonius librum æneidos ſuæ quartū totum pene formauerit: ad Didonē uel Aeneā amatoriā continentiā Medeę circa Iaſonē transferendo: qđ ita elegātius auctore digeſſit: ut fabula laſciuientis Didonis: quā falſam nouit uniuerſitas: ꝑ tot tñ ſæcula ſpeciē ueritatis obtineat: & ita pro uero per ora oīum uolitet: ut pictores fictoreſq; qui figmētis licioꝝ cōtextas imitanť effigies: hac materia uel maxime in efficiēdis ſimulacris tanq̃ unico argumento decoris utunť: nec minus hiſtrionū perpetuis & geſtibus & cantibus celebrať. Tantū ualuit pulchritudo narrādi: ut oēs phœniſſæ caſtitatis cōſcii: nec ignari manū ſibi inieciſſe reginā ne patereť damnū pudoris: cōniueant tñ fabulæ: & intra cōſcientiā ueri fidē fremētes malint ꝓ uero celebrari: qđ pictoribus humanis dulcedo fingentis infudit. Videamus utrū attingerit & pindarū: quē flaccus imitationi inacceſſum fateť. Et minuta quidē atq; rorantia q̃ inde ſubtraxit: relinquo. Vnū uero locū: quē tentauit ex integro pœne tranſcribere: uolo cōmunicare uobiſcū: qa dignus eſt: ut eū uelimus altius intueri. Cū pindari carmen quod de natura atq; flagrantia montis ætne cōpoſitum eſt: æmulari uellet: eiuſmodi ſnias & uerba molitus eſt: ut Pindaro quoq; ipſo qui nimis opima & pingui facūdia exiſtimatus eſt: inſolētior hoc quidem in loco tumidiorq; ſit. Atq; uti uoſmetipſos eius quod dico arbitros faciam: carmen Pindari quod eſt ſuper monte ætna quantulum mihi eſt memoriæ dicam.

Quartus æneidos ſumptus apollonio argonauticoꝝ ſcriptore. Sūma laus. iiii. lib.

De mōte ætna iuxta imitationem Pindari

κίων δουρανία σύνεκει νιφοεσσαίτ να πανέτεσ χιονοσ οξειάσ τιθηνα τισά ἐρεύγονται απλατου πυροσ αγνοταται εκ μυχων πηγαι ποταμοι δά μεραισι μεν προχεοντι ροον καπνου αίθωνοσ αλλεν ορφναισι πέτρασ φοινισσα κυλινδαμενα φλοξεσ βαθειαν φερει ποντου πλακα γυν παταγω κειηό δαφαιζοιο κρουνουσ ερπετον δεινο τάτουσ ανα πεμπει.

Audite nunc Virgi. uerſus: ut inchoaſſe eum uerius q̃ perfeciſſe dicatis.

Portus ab acceſſu uentorum immotus: & ingens
Ipſe: ſed horrificis iuxta tonat ætna ruinis.
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo & candente fauilla:
Attollitq; globos flammarum: & ſydera lambit.
Interdū ſcopulos auulſaq; uiſcera montis.
Erigit eructans: liquefactaq; ſaxa ſub auras

Cum gemitu glomerat: fundoq; exæſtuat imo.

In principio Pindarus ueritati obſcurus dixit quod res erat: quodq; illic oculis dephen
ditur interdiu fumare ętnam noctu flāmigare Virgilius aūt dum in ſtrepitu ſonituq;
uerborū conquirēdo laborat: utrunq; tp̄s nulla diſcretione facta confundit. Atq; ille
græcos quidem fontes imitatus ignes eructare: & fluere amnes fumi: & flammarum
fulua & tortuoſa uolumina in plagas maris ferre quaſi quoſdā igneos amnes luculen
te dixit. At hic ueſter atrā nubē turbine piceo & fauilla fumante ροον καπνου αιθωνα
interpretari uolēs craſſe & immodice congeſſit. globoſq; flāmaꝵ quod ille κρουνους
dixerat: duriter poſuit & ακυρωσ. Hoc uero inenarrabile eſt: q̄ nubē atrā fumare di-
xit turbine piceo & fauilla candente. Non. n. fumare ſolent neq; atra eſſe quæ ſunt can
dentia: niſi forte cādente dixit peruulgate & improprie pro feruenti non ꝓ relucenti.
Nam candens. ſ. a candore non a calore dictum. Quod aūt ſcopulos eructari & erig
eoſdēq; ipſos ſtatim liquefieri & gemere atq; glomerari ſub auras dixit: hoc nec a Pin
daro ſcriptum nec unq̄ fando auditū: & oīum quæ monſtra dicuntur: monſtruoſiſſi

De multis uocabulis græcis ſibi uſurpatis

mum eſt. Poſtremo graiæ linguæ q̄ ſe libenter addixerit: de crebris: quæ uſurpat uo-
cabulis æſtimate. Ditus Vlyxis Spelæa ferarum. Dædala tecta. Rhodopeiæ arces.
Altaq; panchea: atq; gæthæ atq; hebrus: & actias orithya. Et Thyas ubi audito ſti-
mulat trieterica baccho. Orgia. nocturnuſq; uocat clamore citheron. Et non tibi tyn
daridis facies inuiſa lacænæ. Et ferte ſimul fauniq; pedem dryadeſque puellæ. Et hinc
atq; hinc glomerantur oreades. Et pars pedibus plaudunt choreas. Et Mileſia uellera
nymphæ Carpebant hyaliſa tyro fucata colore. Et drunoq; xantoq; liceaq; phyllode
ceq;. Et Melite panopeæaq; uirgo: Neſę a ſpioq; thaliaq; cymodeceq;. Ealcandrū quę
haliumq; nœmonaq; prytaninq;. Et Amphion dircæus in attæo. Et Senior glauciq;
chorus inouſq; palæmon. Verſus eſt Parthenii: quo grammatico in græcis Virgilius
uſus eſt. Hic ait: Glauco & panopeæ & inoo melicerte: Et tritoneſq; citi immania ce-
te. Adeo autem & declinationibus græcis delectatur: ut Mneſthea dixerit pro Mne
ſtheum. Sicut ipſe alibi: Nec fratre Mneſtheo: Et pro Orpheo dicere maluerit Or-
phi græce declinando: ut Orphi caliopea lino formoſus apollo. Et uidimus o ciues
diomede. Et talium nominum accuſatiuus græcus eſt in e deſinēs. Nam ſiquis eum
putat latine dixiſſe Diomedem: ſanitas metri in uerſu deſiderabit̄. Deniq; omnia car
mina ſua græce maluit inſcribere bucolica georgica æneis: cuius nominis figuratio a
regula latinitatis aliena eſt. Sed de his hactenus quorum plura omnibus aliqua non
nullis romanorum nota ſunt. Ad alia uenio quæ de græcarum litterarum penetrali-

Multa tranſlata a uirgilio & ignoratur inde

bus eruta nullis cognita ſunt: niſi quæ græcam doctrinam diligenter hauſerunt. Fuit
enim hic poeta ut ſcrupuloſe & anxie: ita diſſimulanter: & quaſi clanculo doctus: ut
multa tranſtulerit: quæ unde tranſlata ſint difficile ſit cognitu. In exordio georgico-
rum poſuit hos uerſus.

Liber & alma ceres ueſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta:
Poculaq; inuentis acheloia miſcuit uuis.

Nihil in his uerſibus grāmaticoꝵ cohors diſcipulis ſuis ampliꝰ tradit: niſi illud opa
Cereris effectū: ut hoīes ab antiquo uictu deſiſterēt: & frumēto ꝓ glandibus uterēt̄.

De acheloo amne pro aqua

Libeꝵ uero uitis reptorē p̄ſtitiſſe humano potui uinū: cui aqua admiſceret̄. Cur aūt
acheloum amnē potiſſimū Virgilius: cū aquā uellet intelligi noīauit: nemo uel q̄rit:
uel oīno ſubeſſe aliquid eruditius ſuſpicatur. Nos id altius ſcrutati animaduertimus

doctum poetam antiquiſſimo℞ græcorum more(ſicut docebit auctoritas)elocutũ apud quos proprie in aquæ ſignificatione ponebatur achelous. Neq℥ id fruſtra: nam cauſa quoq℥ eius rei cũ cura relata eſt. Sed prius q̃ cãm propono. illud antiquo poeta teſte monſtrabo: hunc morẽ loquendi peruagatũ fuiſſe: ut acheloum ꝑ quis aqua dicerent. Ariſtophanes uet⁹ comicus in comœdiã cotalo ſic ait: Grauabor inquit uino cui aqua non fuiſſet admixta. i. mero. Cur autem ſic loqui ſoliti ſunt: Ephorus notiſſimus ſcriptor hiſtoria℞ libro ſecundo oſtẽdit his uerbis:

Poteſt ne lucidius oſtendi acheloum a græcis ueteribus pro quacunque aqua dici ſolitum. Vnde doctiſſime Virgilius ait uinum acheloo Liberum patrem miſcuiſſe. Ad quam rem & ſi ſatis teſtium eſt: cum Ariſtophãis comici & Ephori hiſtorici uerba prodiderimus: tamen ultra progrediemur. Didymus enim grammaticorum longe eruditiſſimus poſita cauſa: quam ſuperius Ephorus dixit: alteram quoque adiecit his uerbis:

Licet abunde iſta ſufficiãt ad ꝓbationẽ moris antiq: quo ita loquẽdi uſus fuit: ut achelous cõe oĩs aquæ nomẽ haberet: tñ his quoq℥ & Euripidis nobiliſſimi tragœdia℞ ſcriptoris addet auctoritas: quam idẽ Didymus grãmaticus in his libris quos τραγῳδουμένης λέξεως ſcripſit: poſuit his uerbis:

Sunt in libro. vii. illi uerſus: quibus hernici populi & eo℞ nobiliſſima ut tunc erat ciuitas anagnia enumerant. Quos diues anagnia paſcit:

Quos amaſene pater: non illis omnibus arma
Nec clypei curruſue ſonant: pars maxima glandis
Liuentis plumbi ſpargit pars ſpicula geſtat
Bina manu: fuluoſq℥ lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti: ueſtigia nuda ſiniſtri
Inſtituere pedis: crudus tegit altera pero

Mos eundi in bellũ

Hunc morẽ in Italia fuiſſe. ut uno pede calciato altero nudo iretur ad bellũ: nuſq̃ ad huc qđ ſciam repperi: ſed eam græco℞ nõnullis conſuetudinẽ fuiſſe locupleti auctore iam palam faciã. In qua quidẽ re mirari eſt poetæ huius occultiſſimã diligentiam.

Pelaſgus Hernicus

Qui cum legiſſet hernicos quo℞ eſt anagnia: a pelaſgis oriundos appellatos quæ ita a pelaſgo quodam duce ſuo: qui Hernicus nominabat morẽ quẽ de ætolia legerat hernicis aſſignauit: q ſunt uetus colonia pelaſgo℞ & Hernicũ quidẽ hoĩem pelaſgũ ducẽ hernicis fuiſſe Iulius Higinus in lib. ii. urbiũ non paucis uerbis probat Morem uero ætolis fuiſſe uno tñmodo pede calciato in bellum ire: oſtendit clariſſimus Euripides ſcriptor tragicus. In cuius tragœdiæ quæ Meleager inſcribitur: nuncius inducitur deſcribens: quo quiſq℥ habitu fuerit ex ducibus: qui ad aprũ capiendũ conuenerant. In eo hi uerſus ſunt.

Animaduertitis diligẽtiſſime uerba Euripidis a Marone ſeruata. Ait. n. ille:

Et eundẽ pedem nudũ Virgilius quoq℥ dixit: Veſtigia nuda ſiniſtri inſtituere pedis. In qua quidem re quo uobis ſtudium noſtro℞ magis comprobetur: nõ reticebimus

rem pauciſſimis notā reprehenſum Euripidē ab ariſtotele:qui ignorantiā iſtud Euripidis fuiſſe contendit. Quod ne affirmē potius q̄ probem Ariſtotelis uerba ponam ex libro quē de poetis ſecundo ſupra dixit. In quo de Euripide loquens ait: Cum hæc ita ſint:uidetis tñ Virgilium Euripide auctore q̄ Ariſtotele uti maluiſſe: Nā ut hæc ignorauerit tam anxie doctus minime crediderim. Iure aūt prætulit Euripidē. Eſt.n. ingens ei cum græcaꝝ tragœdiarum ſcriptoribus familiaritas:quod uel ex precedentibus licet uel ex his quæ mox dicētur:opinari. In libro quarto in deſcribenda Eliſſæ morte ait:ꝙ ei crinis abſciſus eſſet his uerſibus.

Crinis ab ſcidit᷑ moriētibus

Nondum illi flauum proſerpina uertice crinem
Abſtulerat:ſtygioq; caput damnauerat orco.

Deinde Iris a Iunone miſſa abſcidit ei crinē:& ad orcum refert. Hāc Virgilius nō de nihilo fabulā fingit:ſicut Aurelius uir alias doctiſſimus Cornutus extimat: q ad notationem eiuſmodi appoſuit his uerſibus uerba cornuti. Vnde hæc hiſtoria ut crinis auferendus ſit moriētibus:ignorat᷑: Sed aſſueuit poetico more aliqua fingere: ut de aureo ramo. Hæc Cornutus. Sed me pudet ꝙ tantus uir græcaꝝ ēt doctiſſimus litteraꝝ ignorauit Euripidis nobiliſſimā fabulā Alceſtim: In hac.n. fabula in ſcæna Orcus inducitur gladiū geſtans:quo crinē abſcidit Alceſtidi:& ſic loquit᷑ Proditum eſt (ut opinor) quē ſecutus Virgilius fabulā abſcindēdi crinis induxerit. ἁγνίσαι aūt dicunt diis cōſecrare:unde poeta noſter ait ex Iridis pſona. Hūc ergo diti ſacrū iuſſa fero:teq; iſto corpe ſoluo. Nūc qa pleraq; & oīa q̄ ſupradixi iſtructa auctoritate tragicoꝝ probaui:id quoq; qđ a Sophocle tractū eſt:annotabo. In libro.n.iiii. Virgi. Eliſſam facit poſtq̄ ab Aenea relinquit᷑:uelut ad ſacricolaꝝ ſagarūq; carmina & deuotiones fugientē:& inter cætera ait ſedandi amoris gratia herbas quęſitas:q̄ æneis falcib9 ſecarent᷑. Hæc res nōne qōne digna eſt? Vnde Virgilio Aeneæ falces in mentē uenerint? Ponā itaq; uirgilianos uerſus mox & inde Sophoclis:quos Maro æmulat9 eſt:

Falx ahena i ſacris

Falcibus & meſſæ ad lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ nigri cum lacte ueneni.

Sophoclis aūt tragœdia id de quo q̄rimus ēt titulo præfert. Inſcribit᷑.n. rizotomoi: in qua Medæā deſcribit maleficas herbas ſecantē:ſed auerſam:ne ui noxii odoris ipſa interficeret᷑:& ſuccū quidē herbaꝝ in cados æneos refundentē. Ipſas aūt herbas æneis falcibus execantē. Sophoclis uerſus hi ſunt:

Hæc Sophocles. Quo auctore ſine dubio Virgilius protulit æneas falces Omnino autem ad rem diuinam pleraq; ænea adhiberi ſolita multa indicio ſunt & in his maxime ſacris quibus delinire aliquos aut deuouere aut deniq; exigere morbos uolebant. Taceo illud palutinum cum ait: Mecū habet pagus morbus æs & ꝙ alibi Virgili9: Curetum ſonitus crepitantiaq; æra. Sed Carminii curioſiſſimi & docti uerba ponā: qui in libro de italia ſecundo ſic ait: Prius itaq; & thuſcos æneo uomere uti cum conderentur urbes ſolitos:in traiecticis eorum ſacris inuenio:& in ſabinis ex ære cultros: in quibus ſacerdotes tonderentur. Poſt hæc Carmini uerba longum fiat:ſi uelim per cenſere q̄ multis in locis græcorum uetuſtiſſimi æris ſonos tanq̄ rem ualidiſſimā adhibere ſoliti ſunt. Sed præſenti opi docuiſſe nos ſufficit:falces æneas Maronis exemplo græci auctoris inductas:

Vomere æneus iſignandis mœnibus urbis

In libro nono Virgilius poſuit hos uerſus.
Stabat in egregiis arcentis filius armis
Pictus acu chlamydem & ferrugine clarus hibera

Inſignis facie: genitor quem miſerat arcens
Eductum matris loco ſymetia circum
Flumina: pinguis ubi & placabilis ara palici.

Quis hic Palicus deus uel potius qui dii Palici (nā duo ſunt) apud nullū penitus auctorē latinum qđ ſciā repperi: ſed de græcoꝝ penitiſſimis litteris hanc hiſtoriā eruit Maro Nā primū ut ſymetus fluuius cuius his uerſibus meminit: in ſicilia ē: ita & dii Palici ī ſicilia coluntᷣ: quos primū oīum Aeſchylus tragicus uir utiq; ſiculus ī litteras dedit. Interpretationē quoq; noīs eoꝝ: quam græci αιτυμολογιαν uocāt: expreſſit uerſibus ſuis. Sed priuſq̄ uerſus Aeſchyli ponā paucis explanāda ē hiſtoria Palicoꝝ. In ſicilia ſymetus fluuius ē. Iuxta hūc nympha Thalia cōpreſſu Iouis grauida metu Iunonis optauit: ut ſibi terra dehiſceret. factū ē. Sed ubi uenit tp̄s maturitatis īfantū: quos aluo illa geſtauerat: recluſa terra ē: & duo īfantes de aluo Thaliæ ꝓgreſſi emerſerūt appellatiq; ſūt Palici απο του παλινικεσθαι: qm̄ prius ī terrā merſi: denuo īde regreſſi ſūt. Nec lōge īde lacus breues ſūt: ſed īmēſū ꝓfundi aquaꝝ ſcaturigine ſemp ebulliētes: quos īcolæ crateras uocāt: & noīe dellos appellāt: fratreſq; eos Palicoꝝ extimāt: & habentᷣ ī cultu maxīo: p̄cipueq; circa exigēdū iuxta eos iuſiurādū p̄ſens & efficax numē oſtenditᷣ. Nā cū furti negati uel eiuſcemodi rei fides quæritᷣ: & iuſiurādū a ſuſpecto petitᷣ: uterq; ab omni cōtagiōe mūdi ad crateras accedūt: accepto prius fideiuſſore a pſona q̄ iuratura ē de ſoluēdo eo qđ peteretᷣ: ſi addixiſſet euētus. Ille inuocato loci numine teſtatū faciebat eē iurator: de quo iuraret. Quod ſi fideliter faceret: deſcedebat illæſus. Si uero ſubeſſet iuriiurando mala cōſciētia: mox in lacu amittebat uitā falſus iurator. Hæc res ita religionē fratrū cōmēdabat: ut crateres quidē implicabiles uocarentᷣ. Nec ſine diuinatione eſt Palicoꝝ tēplum. Nā cū ſiciliam ſterilis ann9 arefeciſſet: diuino Palicorū reſponſo admoniti ſiculi Heroi cuidā certum ſacrificiū celebrauerunt & reuertit ubertas. Qua gratia ſiculi oē genus frugū congeſſerunt in arā Palicorum. Ex qua ubertate ara ipſa pinguis uocata eſt. Hæc eſt oīs hiſtoria: quæ de Palicis eorūq; fratribus in græcis tātūmō litteris inuenitᷣ: quas Maro nō minus q̄ latinas hauſit. Sed hæc quæ diximus auctoritatibus approbāda ſunt. Aeſchyli tragœdia eſt: quæ inſcribitᷣ ætna. In hac cū de Palicis loqueretur: ſic ait. Palici dii

Hæc Aeſchylus

Calias autem in ſeptima hiſtoria de rebus ita ſcribit:

Hactenus Calias. Polemon uero ſic ait: in libro qui inſcribitur:

Hæc Polemon. Sed & Anaxagoras in tertia hiſtoria ſua de loci diuinitate ita ſcribit:

Abſoluta eſt extimo & auctoribus idoneis aſſerta explanatio uirgiliani loci quem litteratores noſtri nec obſcurum putant: conteti uel ipſi ſcire uel inſinuare diſcipulis Palicum dei eſſe cuiuſdam nomen. Quis ſit autem deus iſte uel unde ſit dictus: tam neſciunt q̃ ſcire nolunt: quia nec ubi quærant ſuſpicantur: quaſi græcæ lectionis ex partes: Nec illos uerſus relinquemus intactos qui ſunt in primo γεωργικων.

Humida ſolſtitia atq; hyemes orate ſerenas
Agricolæ. hyberno lætiſſima puluere farra.
Lætus ager nullo tantum ſe miſia cultu
Iactat: & ipſa ſuas mirantur gargara meſſes.

Senſus hic cũ uideatur obſcurior: pauloq; perplexius q̃ poetæ huius mos eſt pnunciatus: tñ habet in ſe animaduertendã quæſtionem ex græca antiquitate uenientem. Quæ ſint iſta gargara quæ Virgilius eſſe uoluit fertilitatis exẽplar. Gargara hæc igitur ſunt in miſia: quę eſt helleſponti prouincia. Sed ſignificatio nois & loci duplex ẽ. Nam & cacumen montis idæ: & oppidum ſub eodem monte hoc nomine uocãtur. Homerus ſignificationem cacuminis ita poſuit γαργαρον ακρον. Hic gargarũ pro excelſiſſimo montis loco accipi conuenire & ipſe ſenſus indicium facit nam de ioue loquitur: Sed & alibi eodẽ Homero teſte manifeſtius exprimitur: Et Epicharmus uetuſtiſſimos poeta in fabula quæ inſcribitur troes: ita poſuit:

Ex his liqdo claret gargara cacumẽ idæ mõtis appellitari. Pro oppido aũt gargara q̃ dixerit: enumerabo. Ephorus notiſſimus hiſtoriaꝝ ſcriptor i lib. v. ſic ait: Nec Ephorus ſolus: ſed ẽt Phileas uetus ſcriptor in eo lib. q inſcribit aſia: ſic meminit.

Arati etiam liber elegion fertur in quo de Diotino quodam poeta ſic ait.

Ex his uerſibus etiam ciuium nomen innotuit: quia gargares uocantur. Cum igitur conſtet gargara nunc pro montis cacumie: nunc pro oppido ſub eodem modo te poſito accipienda. Virgilius non de ſummo monte: ſed de oppido loquitur. Cur tamen gargara poſuerit: ut locum frugum feracẽ requiramus & omnem quidem illam miſiam opimis ſegetibus habitam ſatis conſtat. ſ. ob humorem ſoli. Vnde Virgilius in ſupradictis uerſibus cum dixiſſet. Humida ſolſtitia: intulit: nullo tantum ſe miſa cultu iactat: atq; diceret Omnis regio quæ oportunos habuit humores æquiparabit fœcunditates aruorum miſiæ. Sed Homerus cum ait.

Gargara oppidum

Humidũ deſignat ſubiacentẽ mõti agrũ. Nã polypida ea ſignificat fontib9 abũdãtẽ. Vnde hæc gargara tanta frugũ copia erat: ut q magnũ cuiuſq; rei numeꝝ uellet exprimere p multitudine imẽſa gargara noiaret: Teſtis Alceus: q in cælo tragœdia ſic ait.

Gargara ut uidetis manifeſte poſuit pro multitudine. Nec alter ariſtiones

Ariſtophanes aũt comicus cõpoſito noie ex arena & gargaris innumerabilẽ: ut eius lepos eſt numerũ conat exprimere: In fabula. n. Acharneuſim ait

autem ſeorſum pro multis Varro ſæpe in menippeis ſuis poſuit. Sed ariſtophanes adiecit gargara ad ſignificationem numeroſitatis innumere: Eſt ergo ſecundum hæc ſenſus horum numeroſitas innumere: temperies: ut hyems ſerena ſit: ſolſtitium uero imbricum: fructus optime proueniunt. Hæc autem adeo agris neceſſaria ſunt: ut ſine is nec illi natura ſecundiſſimi miſiæ agri reſponſuri ſint opinioi fertilitatis: quæ de his habetur. Addit miſiæ noiatim gargara: q ea urbs poſita in imis radicibus idæ mōtis defluentibus inde humoribus irrigeť: poſſitq; uideri ſolſtitiales imbres non magnopere deſiderare. Hoc in loco ad fidem ſenſui faciendam: q uliginoſa ſit non ſola gargara ꝓuincia montis ſed & uniuerſæ miſiæ arua: adhiberi poteſt teſtis Eſchylus. hyems ſerena

Quid de græcis in hoc loco traxerit diximus. Addemus præterea homini cum iocunditatis gratia: & ut liqueat Virgilium noſtrum undiq; ueterum ſibi ornamenta traxiſſe: unde hoc dixerit. hyberno lætiſſima puluere farra. In libro enim uetuſtiſſimoꝫ carminum qui ante oia quæ a latinis ſcripta ſunt. compoſitus ferebatur: inuenitur hoc ruſticum uetus canticum: Hyberno puluere: uerno luto grandia ferra Camille mētes.

Noia poculorum Virgilius pleruīq; græca ponit: ut carcheſia ut cymbia ut cantaros ſcyphos. De carcheſiis ita: Cape meonii carcheſia bacchi oceano libemus ait. De uariis poculorū noibus

Et alibi. Hic duo rite mero libans carcheſia baccho.

De cymbiis: Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.

De cantaro: Et grauis attrita pendebat cantarus anſa.

De ſcyphis: Et ſacer impleuit dextram ſcyphus. Et aūt cuius figuræ ſint: quiſue eorū fecerit mentionem: nemo quærit cōtenti ſcire cuiuſcemodi eſſe pocula: Et ſcyphos quidem cantaroſq; conſueta uulgi nomina ferendum ſi tranſeant. Sed de carcheſiis cymbiiſq; quæ apud latinos haud ſcio an nunq̄ reperias apud græcos autem ſunt rariſſima non uideo cur cogantur inquirere: quid ſibi noua & peregrina græca nomina uelint.

Eſt autem carcheſium poculum græcis tantummodo notum. Meminit eius Pherecides in libris hiſtoriarum aitq; Iouem Alcumenæ præcium concubitus carcheſium aureū dono dediſſe. Sed plautus inſuetum nomē reliquit aitq; in fabula amphytrione pateram datam. cum longe utriuſq; poculi figura diuerſa ſit. Patera enim ut & ipſum nomen indicio eſt: planum ac patens eſt. Carcheſium uero procerū: & circa mediam partē cōpreſſum anſatum mediocriter anſis a ſummo ad infimū pertingētibus. Aſclepiades aūt uir inter græcos apprime doctus ac diligens carcheſia a nauali re exiſtimat dicta. Ait. n. naualis ueli ptē inferiorē paternā uocari. at circa mediā ferme ptē dici: ſummā uero partem carcheſiū noiari: & indi diffundi in utrunq; ueli latus: eaq; cornua uocāť Nec ſolus Aſclepiades meminit huius poculi: ſed & alii illuſtres poetæ: ut Sappho quæ ait carcheſiū Patera carcheſii forma

Sophocles in fabula quæ inſcribitur:

Hæc de carcheſiis ignoratis latinitati & ſola græcia celebratis Sed nec cymbia in noſtro ſermone reperies. Eſt enim a græcorum paucis relatum. Phelimon notiſſimus comicus in fantaſmate ait. cymbia

Anaxandrides etiam comicus in fabula a græcis:

Meminit eius & Demoſthenes in oratione quæ eſt in Mediam. Cymbia autem hæc

ut ipſius nominis figura indicat: diminutiue a cymba dicta quod & apud græcos & apud nos ab illis trahentes nauigii genus eſt. Ac ſane animaduerti ego apud græcos multa poculorum genera a re nauali cognominata: ut carcheſia ſupra docui: ut hæc cymbia pocula pcera ac nauibus ſimilia Meminit huius poculi Eratoſthenes uir longe doctiſſimus in epiſtola ad Agetorem lacedæmonium his uerbis:

Fuerunt: qui cymbium a ciſſimbio per ſyncopam dictum exiſtimauerunt. Ciſſimbii autem (ut de Homero taceam: qui hoc poculum Cyclopi ab Vlyxe datum memorat) multi faciunt mentionem: uoluntque nonnulli proprie ciſſimbium ligneum eſſe poculum ex hedera: id eſt κιϲϲου. Et Nicander quidam colophonius in primo hiliacon ſic ait:

Sed & Callimachus meminit huius poculi:

Qui aũt ciſſimbiũ ex hedera factũ poculũ οιονεκ κιϲϲου nõ dici arbitrant: Euripidis auctoritate niti uident: qui in Andromacha ſic ait.

cantarus Hæc de cymbo. Sequit ut qñ cantarũ & poculi & nauigii genus eſſe ſupradiximus p hec exẽplis. Et p poculo qdẽ notare ẽ: uel ex ipſo Virgilio q aptiſſime ppriũ Liberi patris poculũ aſſignat Sileno. Sed id ut ſupra polliciti ſumus ẽt pro nauigio poni ſolitũ debemus oſtẽdere. Menãder in nauclero.

Scyphus Et ſacer impleuit dextram ſcyphus: ſcyphus Herculis poculũ eſt: ita ut Liberi patris cantarus: Herculem uero fictores ueteres non ſine cauſa cum poculo fecerunt: & nõ nunq̃ caſſabundum & ebrium: non ſolum ꝙ his heros bibax fuiſſe perhibetur: ſed ẽt

Herculeſ multibibus ꝙ antiqua hiſtoria eſt: Herculem poculo tanq̃ nauigio uentis ĩmenſa maria trãſiſſe. Sed de utraq; re pauca ex græcis antiquitatibus dicam: Et multibibum heroa iſtum fuiſſe: ut taceam quæ uulgo nota ſunt: illud non obſcurum argumentum eſt: quod Ephippus in Buſiride inducit Herculem ſic loquentem

Et etiam hiſtoria non adeo notiſſima nationem quandam hominum fuiſſe prope heracleam ab Hercule conſtitutam cilicranorum compoſito nomine αποτης κυλικος.

Calix Quod poculi genus nos una littera immutata calicem dicimus. Poculo autem. Herculem ductum ad ευθηρα. i. hiſpaniæ inſulam nauigaſſe: & piniaſtis egregius ſcriptor grecorum dicit: & Pherecides auctor eſt: quorum uerba ſubdere ſuperſedi: qa p priora ſunt fabulæ q̃ hiſtorie. Ego tamen arbitror non poculo Herculem maria tranſuectum: ſed nauigio cui ſcypho nomen fuit ita ut ſupra cantarum & carcheſium & a cymbiis deriuata cymba omnia hæc aſſeruimus nauigiorum uocabula. Noia quoq;

noia mutuata ex ãtiqſſimiſ græcorũ hiſtoriis Virgilius nonnunq̃ ex antiquiſſimis græcorum hiſtoriis mutuatur. Scitis apud illum unam ex comitibus Dianæ Opin uocari. Quod nomen uulgo fortaſſe temere impoſitum uel etiam fictum putatur ab ignorantibus inſidioſum poetam cognomẽ quod a ueteribus græcis ſcriptoribus ipſi dianæ fuerat impoſitum comiti eius aſſignare uoluiſſe. Sed uirgilius ſic ait.

Opis Velocem interea ſuperius in ſedibus opin

Vnam

Vnam ex uirginibus ſociis ſacraq; caterua
Compellabat: & has triſtis latonia uoces Ore dabat: Et infra
At triuiæ cuſtos iamdudum in montibus opis.

Opin inquit comitem & ſociam Dianæ. Sed audite unde uirgilius hoc nomen acceperit: qui ut dixi quod epitheton ipſuiſſe legerat: ſociç eius impoſuit Alexander ætholus poeta egregius in libro qui inſcribit' mu æ refert quãto ſtudio populus epheſius dedicatu tẽplo Dianæ curauerit ꝑmiis ꝓpoſitis: ut qui tũc erãt poetç ingenioſiſſimi: in deã carmina diuerſa cõponerẽt. In his uerſibus Opis nõ comes Dianæ: ſed Diana ipſa uocata eſt. Loquit' aũt (ut dixi de populo epheſio:

Apparuit (ni fallor) Opin Dianam dictam: & uirgilium de nimia doctrina hoc nomen in eius comitem tranſtuliſſe Exceſſere omnes adytis ariſq; relictis dii. Hoc unde Virg. dixerit: nullus inquirit: ſed conſtat illum de Euripide traxiſſe: qui in fabula troadibus inducit Apollinem: cum troiam capienda eſſet iſta dicentem.

Qui rurſus docet unũ Virg. uſurpauerit diſceſſiſſe deos a ciuitate iã capta: Nec hoc ſine auctoritate græcæ uetuſtatis eſt: qđ a t: Ipſa iouis rapidũ iaculata e nubibus ignẽ. Euripides enim inducit Mineruam uentos contra græcorum claſſem a Neptuno petentem: dicentemque debere illum facere quod Iuppiter fecerit: a quo in græcos fulmen acceperit Apud uirgilium Panniueo lanæ munere lunam illexiſſe perhibetur in nemora alta uocans. Munere ſic niueo lanæ ſi credere dignum eſt: & reliqua. In hoc loco ualerius Probus uir perfectiſſimus notat neſcire ſe hanc hiſtoriam ſiue fabulam quo referat auctore. Quod tantum uirum fugiſſe miror. Nam Nicander huius eſt auctor hiſtoriæ poeta: quem Didymus grammaticorum omnium quiq; ſint: quiq; fuerint inſtructiſſimus famuloſum uocat. Quod ſciens Virgilius adiecit: ſi credere dignum: adeo ſe fabuloſo uſum auctore fatetur. In tertio libro curſim legitur: neq; unde tranſlatum ſit quærit': Quæ phœbo pater omnipotens: mihi phœbus appollo Prædixit & cætera: In talibus locis grammatici excuſantes imperitiam ſuam inuentiones has ingenio magis q̃ doctrinæ Maronis aſſignant nec dicant eum ab aliis mutuatum: ne nominare auctores cogantur Sed affirmo doctiſſimum uatem etiam in hoc Aeſchilum eminentiſſimum tragœdiarum ſcriptorem ſecutum qui in fabula quæ latina lingua ſacerdotis inſcribitur: ſic ait: Ecquid clarum factum? inde ſumpſiſſe Virgilium: q; Apollo ea uaticinetur: quæ ſibi Iuppiter fatur? Probatum ne nobis eſt Virgiliũ ut ab eo intelligi non poteſt: qui ſonum latinæ uocis ignorat: ita nec ab eo poſſe qui græcam non hauſerit extrema ſacietate doctrinam. Nam ſi faſtidium facere nõ timerem: ingentia poteram uolumina de his quæ a penitiſſima græcorum doctrina tranſtuliſſet: implere. Sed ad fidem rei propoſitæ relata ſufficient.

Virgi. nõ recte itelligi ſine eruditiõe græca

MACROBII AVRELII THODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS SATVRNALIORVM. LIBER. .VI.

De hi ; quæ latinis Maro tranſtulit. Cap.

IC prætextatus mirum inquit in modum digeſſit Euſtachius quæ de græca antiquitate carmini ſuo Virgilius inſeruit. Sed meminimus uiros inter oēs noſtra ætate lōge doctiſſimos Furium Cecinnamq; Albinū promiſiſſe ſe prodituros quid idem Maro de antiquis ſcriptoribus traxerit Quod nunc ut fiat tempus admonet. Cūq; oibus Idem placeret: tum furius albinus : Et ſi uereor: ne dum oſtendere cupio quantū Virgilius noſter ex antiquoꝝ lectione profecerit: & quos ex oībus flores uel quæ in carminis ſui decorē ex diuerſis ornamenta leuauerit: occaſionē reprehendendi uel imperitis uel malignis miniſtrem exprobantibus tanto uiro alieni uſurpationem. nec cōſiderantibus hunc eſſe fructum legendi. æmulari ea quæ in aliis probes: & quę maxime inter aliorū dicta mireris. in aliquem uſum tuū oportuna deriuatione: conuertere quod & noſtri tam inter ſe quā a græcis & græcorum excellentes inter ſe ſæpe fecerūt. Et ut de alienigenis taceam: poſſem pluribus edocere quātum ſe mutuo compilarīt bibliothecæ ueteris auctores. Quod tñ oportune alias (ſi uolētibus erit) probabo Vnum nūc exemplū proferam: quod ad probāda quæ aſſero pœne ſufficiet. Affranius. n. togatarum ſcriptor in ea togata quæ compitalia inſcribitur. nō inuerecunde reſpondēs arguentibuſq; plura ſumpſiſſet a Menandro: Fateor inquit ſumpſi non ab illo mō ſed ut quiſquis habuit quod conueniret mihi: quodq; me non poſſē melius facere credidi ēt a latino. Quod ſi hæc ſocietas & rerū cōmunio poetis ſcriptoribuſq; oībus inter ſe exercenda conceſſa eſt: quis fraudi Virgilio uortat: ſi ad excolendum ſe quędā ab antiquioribus mutuatus ſit? Cui ēt gratia hoc noīe eſt habēda: ꝙ nōnullla ab illis in opus ſuum quod æterno manſurum eſt: transferendo: fecit ne oīo memoria ueterum deleretur: quos (ſicut præſens tp̄s oſtendit) non ſolum lectui uerum ēt riſui habere iam cœpimus. Deniq; & iudicio tranſferendi & modo imitandi conſecutus eſt: ut qđ apud illum legerimus alienum: aut illius eſſē malimus: aut melius hic quā ubi natum eſt: ſonare miremur. Dicā itaq; primū quos ab aliis traxit uel ex dimidio ſui uerſus uel pœne ſolidos Poſt hoc locos integros cum parua quadā mutatione tranſlatos : ſeriuſue ita tranſcriptos: ut unde eſſent eluceret: immutatos alios ut tamen origo eorum non ignoraretur. Poſt hæc quædam de his quæ ab Homero ſumpta ſunt. oſtendam non ipſum ab Homero tuliſſe ſed prius alios inde ſumpſiſſe: & hunc ab illis quos ſine dubio legerat tranſtulerat.

Ennius libro primo.

Vertitur interea cælum & ruit oceano nox

Ennius in ſexto.

Vertitur interea cælum cum ingētibus ſignis
Axem humero torquet ſtellis ardētibus aptū

Ennius in primo.

Qui cælum uerſat ſtellis fulgentibus aptum.

Et in tertio

Et in tertio.

Cælum proſpexit ſtellis fulgentibus aptum.

In decimo.

Hic nox præceſſit ſtellis ardentibus apta:
Conciliumq; uocat diuum pater atq; hominũ rex.

In ſexto.

Tum cum corde ſuo diuum pater atq; hoīum rex
Eſt locus heſperiam graii cognomine dicunt.

In primo.

Eſt locus heſperiam quã mortales perhibebat
Tuq; o thybri tuo genitor cum flumine ſancto

In primo.

Teq; pater thyberinæ tuo cum flumine ſancto
Accipe daq; fidem: ſunt nobis fortia bello pectora.

In primo.

Accipe datq; fidem (fœduſq; fieri bene firmum
Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.

In primo.

Cum ſuperum lumen nox intempeſta teneret:
Tu tñ interea calido mihi ſanguine pœnas pſoluas

In primo.

Nec pol homo quiſq̃ faciet impune animatus
Hoc: niſi tu nam mihi calido das ſanguine pœnas
Concurrunt undiq; tælis indomiti agricolæ

Ennius in tertio.

Poſtq̃ defeſſi ſunt: ſtant & ſpargere ſeſe:
Haſtis anſatis concurrunt undiq; tælis.
Summa nituntur opum ui.

Ennius in quarto.

Romani ſcalis ſumma nituntur opum ui.

Et in decimoſexto.

Reges per regnum ſtatuaſq; ſepulchraq; quærunt.
Aedificant nomen. ſumma nituntur opum ui.
Et mecum ingentis oras euoluite belli.

Ennius in ſexto.

Qui potis ingentis oras euoluere belli.
Ne qua meis dictis eſto mora: iuppiter hac ſtat

Ennius in ſeptimo.

Non ſemper ueſtra euertit: nunc iuppiter hac ſtat:
Inuadunt urbem ſomno uinoq; ſepultam.

Ennius in octauo.

Nunc hoſtes uino domiti ſomnoq; ſepulti.
Tollitur in cælum clamor: cunctiq; latini

Ennius in ſeptimodecimo.

Tollitur in cælum clamor exortus utriſq;

Quadrupedãte putrem ſonitu quatit ungula campum
Ennius in ſexto.
Explorant numidæ: totam quatit ungula terram
Idem in octauo.
Cum ſequitur ſummo ſonitu quatit ungula terram
Idem in decimoſeptimo.
It eques: & plauſu caua concutit ungula terram:
Vnus qui nobis cunctando reſtituit rem.
Ennius in.xii.
Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.
Corruit in uulnus: ſonitum ſuper arma dederunt
Ennius in.xvi.
Concidit & ſonitum ſimul inſuper arma dederunt
Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras.
Lucretius in.ii.
Cum primum aurora reſpargit lumine terras.
Flammarum longos a tergo inuoluere tractus.
Lucretius in.ii.
Non ne uides longos flammarum ducere tractus
Ingeminant abruptis nubibus ignes.
Lucretius in.ii.
Nunc hinc nunc illinc abruptis nubibus ignes
Belli ſimulacra ciebat:
Lucretius in.ii.
Componunt: complent belli ſimulacra cientur:
Simulacraq; luce carentum.
Lucretius in.iiii.
Cum ſæpe figuras
Contuimur miras: ſimulacraq; luce carentum:
Aſper acerba tuens retro redit.
Lucretius in.v.
Aſper acerba tuens immani corpore ſerpens:
Tithoni croceũ linquens aurora cubile.
Furius in primo annali.
Interea oceani linquens aurora cubile
Quod genus hoc hoĩum: quæ hunc tam barbara morẽ:
Furius in.vi.
Quod genus hoc hominum ſaturno ſancte create:
Rumoreſq; ferit uarios: ac talia fatur.
Furius in.x.
Rumoreſq; ſerunt uarios: ac multa requirunt
Nomine queq; uocans reficitq; in prælia pulſos
Furius in.x.
Nomine queq; ciet, dictorum tempus adeſſe.
Commemorat. Deinde infra.

Confirmat dictis: ſimulatq; exuſcitat acris
Ad bellandum animos: reficitq; ad prælia mẽtes
Dicite pierides: non omnia poſſumus omnes.

Lucretius in.v.

Maior erat natu: non omnia poſſumus omnes:
Diuerſi circumſpicium: hoc acrior idem.

Pacuuius in Medea.

Diuerſi circumſpicimus: horror percipit.
Ergo iter inceptum peragunt rumore ſecundo:

Seuius in libro.v.

Redeunt referuntq; petita rumore ſecundo:
Nunq̃ hodie effugies: ueniam quocunq; uocaris

Neuius in equo troiano.

Nunq̃ hodie effugies: quin mea manu moriare.
Vendidit hic auro patriam: dominumq; potentẽ
Impoſuit: fixit leges præcio atq; refixit:

Varius de morte.

Vendidit hic latium populis: agroſq; quiritum
Eripuit: fixit leges præcio atq; refixit:
Vt gemma bibat: & ſarando dormat oſtro

Varius de morte.

Incubet & tyriis: atq; ex ſolido bibat auro.
Talia ſæcla ſuis dixerunt currite fuſis.

Catullus.

Currite ducentes ſub tegmina currite fuſi.
Fœlix heu nimium fœlix ſi littora tantum
Nunq̃ dardaniæ tetigiſſent noſtra catinæ.

Catullus.

Iuppiter omnipotẽs utinam non tempore primo
Gnoſia cecropiæ tetigiſſent littora puppes.
Magna oſſa lacertoſq; exuit.

Lucretius in.xvii.

Magna oſſa lacertiq; apparent homini.
Placidam per membra quietem irrigat.

Furius in primo.

Mitemq; rigat per pectora ſomnum.

Lucretius in.iiii.

Nũc qbus ille modis ſonus p mẽbra q̃etẽ Irrigat
Campoſq; liquentes.

Lucretius in.vi.de mari ſimile.

Et liquidam molem campoſq; natantes
Et geminos duo fulmina belli ſcipiadas.

Lucretius in.iii.

Scipiades belli fulmen carthaginis horor.
Et ora triſtia tentantum ſenſu torquebit amare

Lucretius in ſecundo.

Fœdo pertorquet ora ſapore.
Morte obita qualis fama eſt uolitare figuras:

Lucretius in.i.

Cernere uti uideamur eas audireq; coram.
Morte obita quorum tellus amplectitur oſſa.
Hinc eſt & illud Virgilii
Et patris anchiſæ græmio complectitur oſſa.
Ora modis attolens pallida miris.

Lucretius in.i.

Sed quædam ſimulachra modis pallentia miris
Tum gelidus toto manabat corpore ſudor.

Ennius in.xvi.

Tunc timido manat ex omni corpore ſudor
Labitur uncta uadis abies.

Ennius in.xiiii.

Labitur uncta carina: uolat ſuper impetus undas.
Ac ferreus ingruit imber.

Ennius in.viii.

Haſtati ſpargunt haſtas: fit ferreus imber.
Apicem tamen incita ſummum Haſta tulit

Ennius in.xvi.

Tamen inde uolans ſecum abſtulit haſta inſigne
Puluerulentus eques fuit: omnes arma requirunt

Ennius in.vi.

Ballatum pecudes quatit: omnes arma requirunt
Nec uiſu facilis nec dictu affabilis ulli.

Actius in Philoctete.

Quem neq; tueri contra neq; affari queas.
Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis
Aut leto inſigni.

Actius in armorum iudicio.

Nam tropheum ferre me a forti uiro pulchrũ eſt.
Si autem & uincar: uinci a tali nullum eſt probrũ.
Nec ſi miſerum fortuna ſinonem.
Finxit: uanum etiã mendacemq; improba finget.

Actius in Telepho.

Nam ſi a me regnum fortuna atq; opes
Eripere quiuit: & uirtutem nequiuit:
Diſce puer uirtutem ex me uerumq; laborem:
Fortunam ex aliis.

Actius in armorum iudicio.

Virtutis par: diſpar fortunis patris.
Iam iam nec maxima iuno:
Nec ſaturnius hæc oculis pater aſpicit æquis.

Actius in antigona.

Iam iam neq; dii regunt
Neq; profecto deum ſummus rex omnibus curat.
Num capiti potuere capi:nũ incenſa cremauit Troia uiro

Ennius in.x.cũ de pergamis loqueretur.

Quæ neq; dardaniis campis potuere perire
Nec cum capta capi.nec cum combuſta cremari
Multi præterea quos fama obſcura recondit.

Ennius in alexandro.

Multi alii aduentant:paupertas quorum obſcurat nomina
Audentes fortuna iuuat.

Ennius in ſeptimo.

Fortibus eſt fortuna uiris data
Recoquunt patrios fornacibus enſes
Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.

Lucretius in quinto.

Inde minutatim proceſſit ferreus enſis.
Verſaq; in obſcurum ſpecies eſt facilis æneæ
Pocula ſunt fontes liquidi atq; exercita curſu fluminis

Lucretius in quinto.

Adſedare ſitim fluuii fonteſq; uocabant.
Quos rami fructus:quos ipſa uolentia rura
Sponte tulere ſua:carpſit.

Lucretius in quinto.

Quod ſol atq; imbres dederat:quod terra crearat
Sponte ſua:ſatis id placarat pectora donum.

Poſt uerſus ab aliis uel ex integro uel ex parte tranſlatos : uel quædam immutando uerba tanq̃ ſucco alio tinctos: nunc locos locis cõponere : ſed & animo ut unde formati ſint : quaſi de ſpeculo cognoſcas.

Lucretius in primo.

Nec ſum animi dubius uerbis ea uincere magnum
Quam ſit:& anguſtis hunc addere rebus honorem
Sed me parnaſi deſerta per ardua dulcis
Raptat amor:iuuat ire iugis qua nulla priorum
Caſtaliam molli deuertitur orbita cliuo.

Lucretius in primo.

Nec me animi fallit q̃ ſint obſcura:ſed acri
Percuſſit thirſo laudis ſpes magna meũ cor:
Et ſimul incuſſit ſuauem in pectus amorem
Muſarum:quo nunc inſtinctus mente uigenti
Auia pieridum peragro loca nullius ante
Trita ſolo.

Accipe & alterũ locum Maronis illi unde traxerat cõparãdũ ut eundẽ colorẽ ac pœne ſimilẽ ſonum loci utriuſq; reperias:

Virgilius.

Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
Mane ſalutantum totis uomit ædibus undam:
Nec uarios inhiant pulchra teſtudine poſtes.
Et mox.
At ſecura quies & neſcia fallere uita
Diues opum uariarum: at latis ocia fundis:
Speluncæ uiuiq; lacus: at frigida tempe:
Mugituſq; boum molleſq; ſub arbore ſomni
Non abſunt illic ſaltus ac luſtra ferarum:
Et patiens operum paruoq; aſſueta iuuentus

Lucretius in ſecundo.

Si non aurea ſunt iuuenum ſimulacra per ædes
Lampadas inferas manibus retinentia dextris.
Lumina nocturnis epulis ut ſuppeditentur:
Nec domus argento fulgens auroq; renidens:
Nec cytharam reboant laqueata aurataq; tempe:
Cum tamen inter ſe proſtrati in gramine molli
Propter aquæ riuum ſub ramis arboris altæ:
Non magnis opibus iocunde corpora curant:
Præſertim cum tempeſtas arridet: & anni
Tempora conſpargunt uiridantis floribus herbas.
Non umbrę altorum nemoꝝ non mollia poſſunt:
Prata mouere animum: non qui per ſaxa uolutus
Purior electro campum petit amnis.

Lucretius in ſecundo.

Nec teneræ ſalices atq; rore uirentes:
Fluminaq; ulla queunt ſummis lambentia ripis
Oblectare animum: ſubitamq; auertere curam.

Ipſius uero peſtilentiæ: q̃ eſt in tertio georgicoꝝ: color totus & liniamenta pene omnia tracta ſunt de deſcriptiõe peſtilentiæ quæ eſt in. Vi. Lucretii. Nam uirgiliana incipit.

Hic quondam morbo cæli miſeranda cohorta eſt
Tempeſtas: totoq; autumni incanduit æſtu:
Et genus omne neci pecudum dedit omne ferarum.

Lucretii uero ſic incipit.

Hęc ratio quondam morborum & mortifer æſtus
Finibus in cecropis funeſtos reddidit agros:
Vaſtauitq; uias: exhauſit ciuibus urbem.

Sed quatenus totũ locũ utriuſq; ponere ſatis lõgũ ẽ: excerperam aliqua: ex qbus ſimilitudo geminæ deſcriptiõis appeat.

Virgilius ait.

Tum uero ardentes oculi atq; attractus ab alto
Spiritus interdum gemitu grauis: imaq; longo
Ilia ſingultu tendunt: it naribus ater

Sanguis: & oppreſſas fauces premit aſpera lingua

Lucretius ait.

Principio caput incenſum feruore gerebat:
Et duplices oculos ſuffuſa luce rubentes.
Sudabant etiam fauces intrinſecus atræ.
Sanguine & ulceribus uocis uia ſepta cohibat.
Atq; animi interpres manabat lingua cruore
Debilitata molis motu grauis aſpera tactu.

Virgilius ſic ait.

Hæc ante exitum primis dant ſigna diebus.
Et quæ darent ſigna: ſupra rettulit: ideſt
Demiſſe aures: ſincerus ibidem
Sudor & ille quidem morituris frigidus aret:
Pellis & attactu tractanti dura reſiſtit.

Lucretius ait.

Multaq; præterea mortis tunc ſigna dabantur
Perturbati animi: mens in mœrore metuq;
Triſte ſupercilium: furioſus uultus & acer:
Sollicite porro plenæq; ſonoribus aures:
Creber ſpiritus aut ingens raro cohortus.
Sudoribuſq; madens per collum ſplendidus humor
Tenuia ſputa minuta croci contracta colore:
Salſaq; per fauces raucas uix edita tuſſis.

Virgilius.

Profuit inſerto latices infundere cornu
Leones. ea uiſa ſalus morientibus una.
Mox erat hoc ipſum exitio.

Lucretius ait.

Nec ratio remedii communis certa dabatur.
Nam quod alis dederat uitalis aeris auras
Voluere in ore: liceret & cæli templa tueri
Hoc aliis erat exitio: letumq; parabat.

Virgilius ait.

Præterea nec iam mutari pabula refert.
Quæſitæq; nocent artes: ceſſere magiſtri.

Lucretius ait.

Nec requies erat ulla mali: defeſſa iacebant
Corpora miſſabat tacito medicina timore:

Virgilius ait.

Ipſis eſt aer auibus non equus: & illæ
Præcipites alta uitam ſub nube relinquunt.

Lucretius ait.

Nec tamen omnino temere illis ſedibus ulla
Comparebat auis: nec triſtia ſeda ferarum
Exuperant ſiluis: languebat pleraq; morbo:

Et moriebantur.
Nonne uidentur nobis membra huius deſcriptionis ex uno
fonte manaſſe? Sed rurſus locos alios comparamus.
Gaudent perfuſi ſanguine fratrum.
Exilioq; domos & dulcia limina mutant.
Lucretius in tertio.
Sanguine ciuili rem conflant: diuiciaſq;
Conduplicant auidi cædem cæde accumulantes:
Crudeles gaudent in triſti funere fratris.
Multa dies utriuſq; labor mutabilis æui,
Rettulit in melius: multos alterna reuiſens
Luſit: & in ſolido rurſus fortuna locauit.
Ennius in octauo.
Multa dies in bello conficit unus:
Et rurſus multæ fortunæ forte recumbunt.
Haud quemq̃ ſemper fortuna ſecuta eſt
O præſtans animi iuuenis: quãtum ipſe feroci
Virtute exuperas: tanto me impenſius æquũ eſt
Conſulere: atq; omnes metuentem expẽdere caſus.
Actius in Antigona.
Quanto magis te iſtiuſmodi eſſe intelligo:
Tanto antigona magis me par eſt tibi
Conſulere & parcere.
O lux dardanię ſpes o fidiſſima teucrum. & reliqua
Ennius in Alixandro.
O lux troiæ germane hector
Quid ita cum tuo lacerato corpore miſer.
Aut qui te ſic reſpectantibus tractauere nobis
Frena pelectronii: lapythæ gyroſq; debere
Impoſiti dorſo: atq; equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo: & greſſus glomerare ſuperbos.
Varius de morte.
Quem non ille ſinit lentæ moderator habenæ:
Qua uelit ire: ſed anguſto prius ore coercens
Inſultare docet campis: fingitq; morando.
Virgilius.
Talis amor daphnim. qualis cum feſſa iuuencum
Per nemora atq; altos quærendo bucula lucos
Propter aquæ riuum uiridi procumbit in ulua
Perdita: nec ſeræ meminit decedere nocti
Varius de morte.
Ceu canis umbroſam luſtrans gortinia uellem:
Si ueteris potuit ceruæ comprehendere luſtra:
Sæuit in abſentem. & circum ueſtigia luſtrans
Aethera per nitidum tenues ſectatur odores
Non

Non amnes illã medii non ardua tardant,
Perdita nec ſeræ minit decedere nocti.
Nea tua funera mater
Produxi: preſſiue oculos: aut uulnera laui.

Ennius in Creſiphonte.

Neq; terram inicere neq; cruenta
Conueſtire mihi corpora licuit
Neq; miſeræ lauere lachryme ſalſum ſanguinem.
Nam canebat uti magnum per inane coacta
Semina terrarumq; animæq; mariſq; fuiſſent:
Et liquidi ſimul ignis: ut is: exordia primis
Omnia: & ipſe tener mundi concreuerit orbis.
Tum durare ſolum: & diſcludere nerea ponto
Cœperit: & rerum paulatim ſumere formas.
Iamq; nouum terræ ſtupeant luceſcere ſolem.
Lucretius in quinto ubi de cõfuſione orbis ante hũc ſtatum loquitur.
His neq; tum ſolis tota cerni lumine claro
Altiuolans poterat: neq; magni ſydera mundi
Nec mare nec cælum nec deniq; terra nec aer
Nec ſimilis noſtris rebus res ulla uideri
Sed noua tempeſtas quædam: moleſq; cohorta
Diffugere inde loci partes cœpere: pareſq;
Cum paribus iungi res: & diſcludere mundum
Membraq; diuidere: & magnas diſponere partes.

Et infra.

Hoc eſt a terris magnum ſecernere cælum
Et ſeorſum mare uti ſecreto humore pateret.
Seorſum item puri ſecretiq; ætheris ignis

Et infra.

Omnia enim magis hæc ex leuibus atq; rotundis
Cum fatalis equus ſaltu ſuper ardua uenit
Pergama: & armatum peditem grauis attulit aluo

Ennius in alexandro.

Nam maximo ſaltu ſuperauit
Grauibus armatis equus
Qui ſuo partu ardua perdat pergama:
Tum pater omnipotens rerũ cui ſumma poteſtas
Infit: eo dicente deum domus alta ſileſcit
Et tremefacta ſolo tellus ſilet: arduus æther:
Tum uenti poſuere: præmit placida equora pontus

Ennius in Scipione.

Mundus cæli uaſtus conſtitit ſilentia:
Et neptunus ſæuus undis aſperis pauſam dedit.
Sol equis iter repreſſit ungulis uolantibus

Conſiſtere amnes perennes: arbores uento uocãt.
Iter in antiquam ſyluam ſtabula alta ferarũ:
Procumbunt piceæ: ſonat icta ſecuribus ilex:
Fraxineæq; trabes cuneis & fiſſile robur.
Sciditur: ac uolunt ingentes montibus ornos

Ennius in ſexto.

Incedunt arbuſta per alta ſecuribus cædunt:
Percellunt magnas: quercus exceditur ilex.
Fraxinus frangitur: atq; abies conſternitur alta.
Pinus proceras peruertunt omne ſonabat
Arbuſtum fremitu ſyluai: frondoſai:
Diuerſi magno ceu quondam turbine uenti
Cõfligũt: zephyruſq; notuſq;: & lętus eois Eurus equi.

Ennius in decimoſeptimo.

Concurrunt ueluti uenti cum ſpiritus auſtri
Imbricitor aquiloq; ſuo cum flamine contra:
Inde mari magno fluctus extollere certant
Nec tamen: hæc cum ſunt hoīumq; bonumq; labores
Verſando terram experti nihil improbus anſer

Lucretius in quinto.

Sed tamen interdum magno quæſita labore
Cum iam per terras frondent atq; oĩa florent:
Aut nimis torrens feruoribus æthereus ſol
Aut ſubiti perimunt imbres gelidæq; pruinæ.
Flabraq; uentorum uiolento turbine uerſant.

Sunt alii loci plurimorũ uerſuum: quos Maro in opus ſuum cũ paucorꝫ immutatõe uerborũ a ueteribus tranſtulit. Et qa lõgum eſt uniuerſos uerſus ex utroq; tranſcribere: libros ueteres notabo ut qui uolet illic legendo æqualitatem locorꝫ conferendo miretur. In primo æneidos tempeſtas deſcribitur: & Venus apud Iouẽ quæritur de periculis filii & Iuppiter eam de futurorum ꝓſperitate ſolatur. Hic locus totus ſũptus a Neuio eſt ex primo libro belli punici. Illic. n. æque Venus troianis tẽpeſtate laborantibus cum Ioue quæritur: & ſequuntur uerba Iouis filiam conſulantis ſpe futurorum

De Pãdaro & Bitia

Item de Pandaro & Bitia aperientibus portas locus acceptus eſt ex libro quintodecimo Ennii: qui induxit hiſtros duos in obſidiõe erupiſſe portam: & ſtragẽ de obſidẽte hoſte feciſſe. Nec Tullio compilando dummodo undiq; ornamenta ſibi cõferret: abſtinuit. O fama ingens ingentior armis Vir troianæ: Nempe hoc ait: Aeneam famã ſuam factis fortibus ſupergreſſum: cum plerumq; fama ſit maior reb9. Senſus hic in Catone Ciceronis his uerbis contingebat in eo: quod pleriſque contra ſolet ut maior omnia te q̃ fama uideret: Nam ſæpe euenit ut expectatio cognitione aures ab oculis uincerent. Item proximus huic longo: ſed ꝓximus interuallo. Cicero in Bruto: Duobus igitur ſummis Craſſo & Antonio Lucius Philippus ꝓximus accedebat: ſed longo interuallo: tñ proximus. Sunt quædam apud Virgilium quæ ab Homero creditͬ trãſtuliſſe: ſed ea docebo a noſtris auctoribus ſumpta: Qui priores hæc ab Homero in carmina ſua traxerant: quod primũ ſummus homericæ laudis cumulus: eſt qđ cũ ita a plurimis aduerſus eum uigilatum ſit: coactæq; oĩum uires manum contrafecerint.

rint. Ille uelut pelagi rupes imota reſiſtit. Homerus de Aiacs forti pugna ait. Hunc locum Ennius in quindecim ad pugnã Celii tribuni his uerſibus tranſfert.

Vndiqꝫ conueniunt: uelut imber tela tribuno
Configunt parmam: timuit haſtilibus umbo
Aerato ſonitu galeæ: ſed nec pote quiſq̃
Vndiqꝫ intendo corpus diſcerpere ferro.
Semper abundantes haſtas frangitqꝫ quatitqꝫ:
Totum ſudor habet corpus: multũqꝫ laborat.
Nec reſpirãdi fit copia præpete ferro.
Hiſtri tela manu iacientes ſolicitabant.

Hinc Virg. eundem locum de incluſo Turno gratia elegãtiore compoſuit.

Ergo nec clypeo iuuenis ſubſiſtere tantum
Nec dextra ualet: obiectis ſic undiqꝫ telis
Obruitur: ſtrepit aſſiduo caua tempora circũ
Tinnitu galea: & ſaxis ſolida æra fatiſcunt.
Diſcuſſæqꝫ iubæ capiti: nec ſufficit umbo
Ictibus: ingeminant haſtis & troes & ipſe
Fulmineus mneſtheus: tum toto corpore ſudor
Liquitur: & picem (nec reſpirare poteſtas)
Fulmen agit feſſos: quatit æger anhelitus artus.

Homerus ait.

Furius in quarto annali.

Preſſatur pede pes: mucro mucrone: uiro uir.

Hinc Virgilius ait.

Hæret pede pes: denſuſqꝫ uiro uir:

Homeri eſt.

Hũc ſecutus Hoſtius poeta ĩ libro ſecũdo belli hiſtorici ait.

Nõ ſi mihi linguæ centũ atqꝫ ſint ora totidẽ uoceſqꝫ liquatę.

Hinc Virgilius ait.

Non mihi ſi linguæ centum ſint oraqꝫ centum

Homerica deſcriptio ẽ equi fugiẽtis: in hæc uerba

Ennius hinc traxit.

Et tum ſicut equus qui de præſepibus actus
Vincula ſuis magnis animis abrupit: & inde
Fert ſeſe campi per cærula lætaqꝫ prata
Celſo pectore: ſæpe iubam quaſſat ſimul altam:
Spiritus ex anima calida ſpumas agit albas.

Virgilius.

Qualis ubi abruptis fugit p̄ſepia uinclis. & cętera:

Nemo ex hoc uiles putet ueteres poetas quod uerſus eorũ ſcabri nobis uidenť. ille. n. ſtilus Enniani ſæculi auribꝰ ſolus placebat & diu laborauit ętas ſecuta: ut magis huic molliori ſtilo acquieſceretur. Sed ulterius ne moror Cecinnam quin & ipſe p̱dat quę meminit Maronem ex antiquitate tranſtuliſſe. Tum Cecinna in uerſibus uel in locis quantũ ſibi Maro ex antiquitate quæſiuerit: Furius ut memor & ueteris & nouæ au-

ctorum copiæ diſſeruit. Ego conabor oſtendere hũc ſtudioſiſſimum uatem & de ſingulis uerbis ueterũ aptiſſime iudicaſſe inſeruiſſe lecta operi ſuo uerba quæ nobis noua uideri facit incuria uetuſtatis: ut ecce addita pro inimica & infeſta qs non extimet poetam arbitrio ſuo nouum uerbum ſibi uoluiſſe fabricari affixa & p hoc infeſta: hoc iam dixerat Lucilius in nouo his uerſibus.

Si mihi non prætor ſiet additus: atq; agitet me:
Non male ſic ille ut dico me extenderat unus.
Mane ſalutantium totis uomit ædibus undam.
Pulchre uomit undam & antique. Nam ait Ennius.
Et tyberis flumen uomit in mare ſaxum.

Vnde & nunc uomitoria in ſpectaculis dicim9: unde homines glomeratim ingredientes in ſedilia ſe fundunt. Agmẽ pro actu & luctu quodam ponere non in elegans eſt: ut leui fluit agmine tybris: immo & antiquum eſt.

Ennius enim in quinto ait.

Quod per amœnam urbem leni fluit agmine flumen.

Quod ait: Crepitantibus urere flammis: nõ nouum uſurpauit uerbum ſed prior Lucretius in. vi. poſuit.

Nec res ulla magiſq̃ phœbi delphica laurus
Terribili ſonitu flamma crepitante crematur.

Tum ferreus haſtis: Horret ager: horret mire ſe habet. Sed & Ennius in. ix.

Horreſcit telis exercitus aſper utrunq;. Et in Erecteo
Arma arrigunt horreſcunt tela. Et in Scipione:
Sparſis haſtis longis cãpus ſplendet & horret. Sed & ante oẽs Homerus.

Splendet tremulo ſub lumine pontus. Tremulũ lumẽ de imagine rei ipſius expſſum eſt. Sed prior Ennius in Menalippe Lumen ſic tremulo terra & caua cærula candent. Et Lucretius in. vi. Præterea ſolis radiis iactatur aqua humor. & in lucẽ tremulo rareſcit ab æſtu. Hic candida populus antro iminet & lente texunt umbracula uites. Sunt qui extiment hoc uerbũ umbracula Virgilio auctore compoſitum: cum Varro rerũ diuinarum libro. x. dixerit nõnullis magiſtratibus in oppido id genus umbraculi conceſſum. Et Cicero in. v. de legibus: Vis ne igitur (qm̃ ſol paululum a meridie iam deuexus uidetur. neq; dum ſatis ab his nouellis arborib9 omnis hic locus opacatur) deſcendatur ad lirim: eaq; quæ reſtant in illis alnorum umbraculis perſequamur: Similiter in Bruto Sed ut & Theophraſti doctiſſimi hominis umbraculis.

Tranſmittunt curſu campos: atq; agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerant: quod ait ſpecioſe tranſmittunt pro tranſerunt.

Sic & Lucretius in ſecundo.

Et circũuolitant equites: medioſq; repente
Tranſmittunt ualido quatientes impete campos.

Sed & Peſtanus Iubonẽſis ſic ait: Pedibus equos tranſmiſimus quod eſt trãſiuimus.

Quam tota cohors imitata relictis Ad terram defluxit equis.

Sic Furius in primo.

Ille graui ſubito deuinctus uulnere habenas
Miſit equi lapſuſq; in humum defluxit & armis Reddidit æratis ſonitum. Tum durare ſolum & diſcludere nerea ponto Cœperit. Ferit aures noſtras hoc uerbum diſcluderet:

dere:ut nouum.Sed prior.

Lucretius in quinto.

Diffugere inde loci partes cœpere pareſq;
Cũ parib9 iũgi res:& diſcludere mũdũ.Paſtorẽ tityre pingues Paſcere oportet oues: Deductũ
deductũ dicere carmẽ.Deductũ ꝓ tenui & ſubtili elegãter poſitũ ẽ.Sic ãt & Affrani9 carmen
in uirgine uerbis pauculis rñdit:Triſti uoce deducta:malleq; ſe nõ quieuiſſe. Dixit itẽ
apud cornificiũ Deducta mihi uoce garriẽti.Sed hæc ab illo fluxerũt: qd Põponi9 in
atelania quæ Kalẽdæ martiæ inſcribit̃:ait. Vocẽ deducas oportet:ut mulieris uideat̃.
uerba.Iube mõ afferat̃ unus:ego uocẽ reddã tenuẽ,& tremulã:Et infra:Etiã nũc uo-
cẽ deducã.Proiectaq; ſaxa pachynni Radimus Proiecta ſi ſm conſuetudinẽ dicatur:
intelligitur abiecta.Si ſm ueteres proiecta porro iactent alibi ait. Proiecto dum pe-
de leuo Aptat ſe pugnæ.Sed & Siſenna in ſecũdo dixit:Et marſi ꝓpius ſuccedũt atq;
ita ſcutis ꝓiectis tectis ſaxa certatim lenta manibus coniiciunt in hoſtes. Et in eodẽ:
Vetus atq; ingens erat arbor ilex:q̃ circũ ꝓiectis ramis maiorẽ ptẽ loci ſũmi tegebat.

Et Lucretius in tertio.

Quamlibet immani proiectum corporis extet.
Et tempeſtiuam ſiluis euertere pinum.

Hoc uerbũ de pino tẽpeſtiuã a Catone ſumpſit:q ait:Pineã nucẽ cũ effodies:luna de
creſcẽte eximito poſt meridiẽ ſine uẽto auſtro. Tũ uero erit tẽpeſtiua:cũ ſemẽ ſuũ ma Pinus tẽ-
turũ erit.Inſeruit opi ſuo & græca uerba.ſed nõ primus hoc auſus: Auctoꝝ.n.ueterũ peſtiua
audaciã ſecutus ẽ.Depẽdẽt lychni laquearibus aurei.Sicut Ennius in.ix.Lychnoꝝ lu Vocabu-
mina bis ſex.Et Lucretius in.v.Quin ẽt nocturna tibi terreſtria q̃ ſũt lumina pẽdẽtes la græca
lychni Lucilius i.i.Porro chænopoda chenopodos lychnoſq;:& diximus cẽnos añ pe inſerta in
des lecti atq; lucernas.Et qd dixit.Nec lucidus ęthra ſydera polus:Ennius prior dixe ſuo opere
rat in.xvi.Interea fax occidit:oceanũq; rubra tracti obruit æthra:Et Illius ĩ theutrãte de lychnõ
Flãmineã p æthrã alte ferui dã ferri facẽ.Dædala Circæ:qa Lucretius dixerat:Dędala Aethra
tellus.Reboãt ſiluæq; & magnus olympus.qa ẽ apud Lucretiũ:Nec cythara reboãt
laqueata aurataq; tecta.Sed Hac licẽtia largius ſũt uſi ueteres:ptius Maro Quippe
illi dixerũt & pauſam & machęrã & acoatiã & malã ẽ ꝙ alia ſimilia.Necnõ & punicis
& oſciſq; uerbis uſi ſũt ueteres:quoꝝ imitatiõe Virgilius pegrina uerba nõ reſpuit: ut
in illo:Silueſtres uiri aſſidue. Vri.n.gallica uox ẽ:qua ſieri boues ſignificãt.Et camu
ris hirtæ ſub cornibus aures.Camuris pegrinũ uerbũ.i.in ſe redeũtibus. Et forte nos Vri
quoq; hac rõne camerã figurauimus:Multa quoq; epitheta apud Virgiliũ ſũt q̃ ab ip
ſo facta credunt̃:ſed & hæc a ueteribus tracta mõſtrabo:Sũt aũt ex his alia ſimplicia Camuruſ
ut gradiuus mulciber:alia cõpoſita ut arcitenens uiſitator.Sed prius de ſimplicibus
dicã:Et diſtinctos mulciber afros.Mulciber eſt Vulcanus ꝙ ignis ſit:& oĩa mulceat Camera
ac domet.Actius ĩ Philoctete:Heu mulciber arma ignauo ĩ uicta es fabricat9 & ma
nu.Et Egnatius de reꝝ natura libro primo:Deniq; mulciber & ipſe ferẽs altiſſima cæ
li cõtingũt.hædiq; petulci floribus inſultẽt. Lucretius in ſecũdo.

Præterea teneri tremulis in uocibus hædi
Corniferas norunt matres agniq; petulci

Illud audaciæ maxime uideri poſſit:qd ait in bucolicis:Et liquidi ſimul ignis ꝓ puro
uel lucido ſeu ꝓ effuſo & abũdãti:niſi prior hoc epitheto Lucreti9 uſus fuiſſet ĩ ſexto:

Hac etiam fit uti de cauſa mobilis ille
Deuoluet in terram liquidi calor aureus ignis.

Triſtis ꝑ amaro Triſtis ꝑ amaro tranſlatio decens eſt. ut triſteſq; lupini. Et ita Ennius in libro ſabinarum .iiii. Neq; triſte quæritat ſinapi: neque cepe mœſtum. Auritos lepores non Maro

Auritus primus uſurpat: ſed Affranium ſequitur: qui in prologo ex perſona Priapi ait: Nam quod uulgo prædicat aurito me parente natum non ita eſt. & ut compoſita ſubiungam: quod a t Virgilius.

Vidit thuricremis cum dona imponeret aris.

Iam Lucretius in ſecundo dixerat.

Nam ſæpe ante deum uitulus delubra decora
Thuricremas propter mactatus concidit aras.

Quã pius arcitenens. Hoc epitheto uſus eſt Neuius belli punici libro ſecũdo. Deĩde pollẽs ſagittis inclytus arcitenẽs ſanctiſq; delphis ꝑgnat⁹ pythius apollo. Idẽ alibi

Cum tu arcitenens ſagittis pollens dea.

Sed & Hoſtius libro ſecundo belli hiſtrici

Dia Minerua ſimul aũt inuictus Apollo
Acritenens latonius etiam ſyluicolæ fauni.

Neuius libro prĩo belli punici.

Syluicolæ homines belliq; inertes.

Actius in Bacchis

Syluicolæ ignota inuiſentes loca
Deſpiciens mare ueliuolum.

Liuius in Helena

Tu qui permenſue ponti maria alta ueliuola.

Ennius in decimoquarto.

Cum procul aſpiciunt hoſtes accedere uentis Nauibus ueliuolis

Idem in Andromache

Rapit & ex alto naues ueliuolas.

Vitiſator ſeruans curuam ſub imagine falcem.

Actius in Bacchis.

O Dioniſe pater optime uitiſator ſemela genitus euchia
Almaq; curru Noctiuago phœbe.

Egnatius de rerum natura libro primo.

Roſcida noctiuagis aſtris labentibus phœbe
Pulſa loco ceſſit cõcedens lucibus altis
Tu nubigenas inuicte bimembres.

Cornificius in Glauco

Centauros fodere bimembres
Caprigenumq; pecus nullo cuſtode per herbas

Pacuuius in Paulo.

Quãuis caprigeno pecori grandior greſſio eſt.

Actius in Philoctete

Caprigenum trita ungulis. Idem in Minotauro
Taurigeno ſemine ortum fuiſſe: an humano.

Decẽter & his epithetis Virgilius uſus ẽ. ꝑ ſagitta uolatile ferrũ & ꝑ romanis gẽtẽ togatã quoq; altero Seuius altero Laberius uſus eſt. Nã Seuius i libro quinto ait.

Volucrumq; uolatile telũ. Ac Laberius in ephœbo; Licẽtiã ac libidinẽ ut tollã petis togatæ

togatæ ſtirpis. Idē infra: Iccirco opedilatatū eſt dominū togatæ gentis: Figuras uero
quas traxit de uetuſtate: ſi uolentibus uobis erit cum repentina memoria ſuggeſſerit
enumerabo. Sed nunc dicat uolo Seruius quæ in Virgilio notauerit ab ipſo figurata
non a ueteribus accepta: uel auſu poetico nouo quidem ſed decenter uſurpata. Quo-
tidie enim romanæ indoli enarrando eundem uatem: neceſſe eſt habeat huius anno-
tationis ſcientiam promptiorem.

Figuræ Virgilianæ. Cap.

P Lacuit uniuerſis electio: In reliqua ſuffecti etiam adhortati ſunt Seruium
ut quæ in ſe refuſa ſunt annotaret. Ille ſic incipit. Vates iſtæ uenerabilis ua
rie modo uerba mō ſenſus figurando multū latinitati leporis adiecit qua-
lia ſunt hęc. Suppoſita de matre nothos furata creauit ut ipſa creauerit quos creari fe
cerit: Tepidaq; recentē Cæde locum: cū locus recens cæde noue dictus ſit. Et hæc ait:
& ſocii ceſſerūt æquore iuſſo: ꝓ eo quod iuſſi ceſſerūt: Et cæſo ſparſurus ſanguine flā
mas: qui ex cæſis uidelicet ꝓfundit. Vota deū primo uictor ſoluebat eoo: pro q̄ diis
uota ſunt: & me conſortē nati concede ſepulchro. Alius dixiſſet: Et me conſortē nato
concede ſepulchri: & illa Viam celerās per mille coloribus arcum: ideſt per arcū mil
le colorum: & Hic alii ſpolia occiſis direpta latinis Coniiciūt igni: pro in ignē: & Cor
pore tela modo atq; oculis uigilantibus exit. Tela exit: pro uitat: & Senior leto canē-
tia lumina ſoluit: pro uetuſtate ſemilia. Exeſę arboris antro: pro cauerna: & Frontem
obſcenam rugis arat: arat nō nimie: ſed pulchre dictum Terſecum ærato circumfert
tegmine ſyluam: pro iaculis: & Vis gregis: pro capro: & illa q̄ pulchra ſunt. Aquæ
mons: telorum ſeges: ferreus imber: ut apud Homerum.

Et dona laboratæ cereris: & Oculiſq; aut pectore noctem accipit: & Vociſq; offenſa
reſultat imago: & Paceq; per aras exquirunt & paulatim abolere ſycheū incipit. Sæ
pe etiam uerba ꝓ uerbis pulchre ponit: Oraq; corticibus ſumunt horrenda cauatis:
ora pro pſonis: & Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit. Quid eſt.n.aura auri?
aut queadmodum aura refulget? Sed tn̄ pulchre uſurpauit: & ſimili frondeſcit uirga
metallo: q̄ bene uſus eſt frondeſcit metallo? & Nigri cū lacte ueneni: nigro impone-
re nomē lactis. & Haud aliter iuſte quibus eſt Mezētius iræ: Odio eē aliquē uſitatū:
iræ eſſe inuentū Maronis eſt. Itē de duobus incipit dicere & in unū definit: Interea re-
ges ingenti mole latinus Quadriiugo uehit' curru: ut eſt apud Homeꝝ

Et protinus orſilochum & buthen duo maxima teucrum
Corpora: ſed buthen aduerſum cuſpide fixit: & cætera.
Iuturnam miſero fateor ſuccurrere fratri Suaſi:
Cum ſolitū ſit dici: Iuturnę ſuaſi. & Vrbē quā ſtatuo ueſtra eſt. & Tu mō quos in ſpē
ſtatues ſubmittere gētis. Præcipuū iā inde a teneris impende laborē. ꝓ in eos īpende.
Facit pulcherrimas repetitiones. Nā neq; Parnaſi uobis iuga: nā neq; pindi ulla morā
facere: quę uobis q̄ digna uiri ꝓ talibus auſis? Vidiſtis quo Turnus equo qbus ibat in
armis? nec interpoſitiões eius ocioſæ ſunt. Si te nulla mouet tantaꝝ gloria reꝝ. At ra
mū hūc (apit ramū q ueſte latebat) Agnoſcas. Vt ſeptrū hoc (dextra ſeptrū nā forte
gerebat) Nunq̄ fronde leui. Et illa mutatio elegātiſſima eſt: ut de quo loquebat' ſubi
to ad ipſum uerba cōuertēs. Vt bello egregias idē diſiecerit urbes: Troiāq; oechaliam
q; & duros mille labores Rege ſub euriſtheo fatis iunonis iniquæ Pertulerit: tu nubi-

genas inuicte bimēbris:& reliqua.Illa uero intermiſſio:quos ego: ſed motos præſtat cōponere fluctus:tracta eſt a Demoſthene

Hæc uero q̄ poetica indignatio:Proh iuppiter ibit Hic ait:Hæc miſeratio.O patria o rapti neq̄cq̄ ex hoſte penates.& illa trepidatio:Ferte citi ferrū:date tela : & ſcandite muros : Hoſtis adeſt Et conqueſtio Me ne igitur ſocium ſummis adiungere rebus: Niſe fugis?Quid illa excogitatio nouorum intellectuum: ut Mentitaq; tela : & ferrumq; amare ueneno.& Cultuſq; feros mollire colendo:Exuerint ſylueſtrem animū & Virgineumq; alte bibit acta cruorem:ut apud Homerum de haſta:
Et Pomaq; degenerant ſuccos oblita priores:& Glacie curſus frenaret aquaꝝ:& Mixtaq; ridenti collocaſia fundet acantho: eſt mollis flāma medullas Interea:& tacitum uiuit ſub pectore uulnus.& duro ſub robore uiuit Stupa mouēs tardū fumū : & Sæuitq; canū latratus in auras:& Cælataq; amnem fundens pr̄ Inachus urna:& Affixæ uenis aīaſq; in uulnera ponūt.Et quicq̄d de apibus dixit in uirorū fortiū ſimilitudinē ut adderet quoq; mores & ſtudia:populos.& prælia. Quid plura?ut & quirites uocaret dies me deficiet ſi oīa perſequi a Virgilio figurata uelim.Sed ex his q̄ dicta ſunt oīa ſimilia lector diligens annotabit.

Vm Seruius iſta diſſereret Prætextatus Auienū Euſtachio inſuſurrātem uidens:q̄d age inq̄t Euſtachii : uerecundiā Auieni ꝓbi adoleſcētis iuua:& ipſe publicato nobis quod īmurmurat Euſtachius iam inq̄t:multa de Virgilio Seruiū geſſit interrogare:quoꝝ enarratio reſpicit officiū litteratoris: & tp̄s idulgeri optat:quo de obſcuris ac dubiis ſibi a doctiore fiat certior . Et p̄textatus. Probo inq̄t mi Auiene q̄d ea de q̄bus ambigis clā te eſſe nō pateris:unde exorat⁹ ſit a nobis doctiſſimus doctor ut te ſecū negociū hr̄e patiat̄:q̄a in cōe ꝓficient qua deſideras audire ne tu mō ultra ceſſes apire Seruio uiā de Virgilio diſſerendi.Tūc Auienus totus cōuerſus in Seruiū dicas uolo inq̄t doctoꝝ maxīe q̄d ſit ꝙ cū Virg. anxie ſp̄ diligens fuerit in uerbis ꝓ cauſæ merito uel atrocitate ponēdis:incurioſe & abiecte ī his uerſibus uerbū poſuit.Cādida ſuccinctā latrātibus inguina mōſtris Dulichias uexaſſe rates:uexaſſe.n.uerbum ē leuis ac parui icōmodi:nec tā atroci cauſi cōgruēs. cū repēte hoīes a bellua īmaniſſima rapti lanitatiq; ſint. Sed & aliđ huiuſcemōi dep̄hēdi:Quis aut euryſthea duꝝ?aut illaudati neſcit buſiridis aras? Hoc.n. uerbū illaudati nō eſt idoneū ad exprimēdā ſceleratiſſimi hoīs deteſtationē:q ꝙ hoīes oīum gētiū īmolare ſolitus fuit:nō laude dignus ē ſed deteſtatiōe execratiōeq; totius generis hūani dign⁹ eſt:Sed nec hoc uerbū ex diligētia uirgiliana uenire mihi ur̄.Per tunicā ſqualētē auro nō.n.cōueīt dicere auro.ſqualētē.q̄m nitori ſplēdoriq; auri cōtraria ſit ſq̄loris illuuies. Et Serui⁹:De uerbo uexaſſe ita rn̄deri poſſe arbitror uexaſſe graue uerbū ē tractūq; ab eo ur̄ q̄d eſt uehere ī quo in eſt iā uis quædā alieni arbitrii:nō.n.ſui potēs eſt q uehit̄. Vexaſſe autē q̄d ex eo inclinatū eſt:ui atq; motu ꝓcul dubio uaſtiore eſt: nā qui fert̄ & raptat̄ atq; huc atq; illuc diſtrahit̄: is uexari ꝓprie dicit̄: ſicuti taxare preſſius crebriuſq; eſt q̄ tangere unde id ꝓcul dubio inclinatū eſt:& iactare multo fuſius largiuſq; eſt q̄ iacere:unde id uerbum traductū eſt.Quaſſare ēt q̄ quatere grauius uiolentiuſq; eſt.Non igit̄ q̄a uulgo dici ſolet uexatū eſſe quē fumo aut uento aut puluere laborare uidemus propterea debet uis uera atq; natura uerbi deperire quæ a ueteribus qui ꝓprie & ſignate locuti ſunt:ita ut decuit obſeruata eſt.M.Catōis uerba ſunt

ex oṙone quã de achæis ſcripſit. cumq; Hannibal terrã Italiam laceraret atq; uexaret: uexatã italiã dixit Cato ab Hannibale qñ nullũ calamitatis aut ſæuitię aut imanitatis genus reperiri queat: quod in eo tpe italia non perpeſſa ſit. M. Tullius quarto in Verrem quæ ab iſto ſic ſpoliata atq; direpta eſt: non ut ab hoſte aliquo qui tñ in bello religionẽ & cõſuetudinis iura retineret. ſed ut a barbaris prædonibus uexata eſſe uideatur. De illaudato aũt duo uident̃ rñderi poſſe. Vnũ eſt eiuſmodi: Nemo quiſq̃ tã afflictis eſt morib9: quin faciat aut dicat nõnunq̃ aliqd quod laudari queat: Vnde hic antiqſſimus uerſus uice prouerbii celebratus eſt: Sed. n. qui in oĩ re atq; in oĩ tpe oĩ laude uacatus illaudatus eſt: iſq; oĩum peſſimus deterrimuſq; eſt. At ſicuti oĩs culpæ priuatio inculpatũ: facit inculpatus aũt inſtar eſt abſolutæ uirtutis illaudatus quoq; igit̃ finis eſt extremæ malitię. Itaq; Homerus nõ uirtutibus appellãdis ſed uitiis detrahẽdis laudare ampliter eã ſolet. Hoc. n. eſt.

Epicurus quoq; ſimili mõ maximã uoluptatem priuationẽ detractionemq; oĩs doloris definiuit is uerbis.

¶ Eadem rõne idem Virgilius inamabilẽ dixit ſtygiã paludem. Nam ſicut illaudatũ κατα̃ ϛερηϲιν laudis: ita inamabilẽ per amoris ϛερηϲιν deteſtatus eſt. Altero mõ illaudat9 ita defendit̃. Laudare ſignificat priſca lingua noĩare appellareq;. Sic in actionibus ciuilibus auctor laudari dr̃: quod eſt noĩari. Illaudatus ergo eſt: quaſi illaudabilis. i. nunq̃ nominãdus: ſicuti quõdam a cõi conſilio aſiæ decretũ eſt uti nomẽ eius: q templũ Dianæ epheſiæ incenderat ne qs ullo in tpe noĩaret. Tertiũ reſtat ex his quę reprehẽſa ſunt: q tunicã ſqualentẽ auro dixit. Id aũt ſignificat copiã denſitatẽq; aurei in ſquamaꝶ ſpẽm intexti. Squalere. n. dictũ ab ſquamaꝶ celebritate aſperitateq;: quę in ſerpentũ piſciũ ue coriis uiſunt̃. Quam rẽ & alii & hic idẽ poeta locis aliqᵈ demonſtrat: Quẽ pellis inquit ahenis In plumã ſquamis auro cõſerta tegebat. Et alio loco: Iãq; adeo rutylũ thoraca indutus ahenis Horrebat̃ ſquamis. Accius in pelopidibus ita ſcribit eius ſerpẽtis ſquamæ ſqualido auro & purpura ptextæ. Quicqd igit̃ nimis inculcatũ obſitũq; aliq̃ re erat: ut icuteret uiſentibus facie noua horrorẽ: id ſq̃lere dicebat̃. Sicut in corpibus incultis ſquamoſiſq; alta cõgeries ſordiũ ſqualor appellat̃. Cuius ſignificatiõis multo aſſiduoq; uſu totũ id uerbũ ita cõtaminatũ ẽ: ut iã ſqualor de re alia nulla q̃ de ſolis inqnamentis dici cœpit. Gratũ mihi eſt Auienus inqt correctũ qḋ de optimis dictis male opinabar. Sed in hoc uerſu mihi uĩ deeſſe aliqd: ipſe quirinali lituo paruaq; ſedebat ſuccictus trabea. Si. n. nihil deeſſe cõcedimus: reſtat ut fiat lituo & trabea ſuccinctus qᵈ eſt abſurdiſſimũ. qppe cũ lituus ſit uirga breuis in pte q̃ robuſtior ẽ incurua: q̃ augures utunt̃. Nec uideo qualiter poſſit lituo ſuccĩctus uideri. Reſpõdit Seruius ſic hoc dictũ eſſe: ut pleraq; dici p defectionẽ ſolẽt: ueluti cũ dr̃. M. Cicero hõ magna eloquẽtia. Et roſcius hiſtrio ſũma uẽuſtate. Nõ plenũ hoc utrũq; neq; pfectũ eſt: ſed. n. p pleno ac pfecto audit̃: ut Virgi. alio ĩ loco: Victorẽ butẽ imani corpe. i corpus imane habentẽ. Et itẽ alibi in mediũ geminos imani põdere ceſtus proiecit ac ſimiliter: Domus ſanie dapibuſq; cruentis. Sic igit̃ id quoq; dictum uideri debet: Ipſe quirinali lituo: ideſt lituũ quirinalẽ tenẽs: Quod minime mirandũ foret: ſi ita dictũ fuiſſet Picus quirinali lituo erat: ſicuti dicimus ſtatua grandi capite erat. Et eſt aũt & erat & fuit plerũq; abſunt cũ elegãtia ſine detrimento ſnĩæ. Sed qm̃ litui facta mentio eſt ptermittendũ non eſt: quod poſſe quæri aĩaduertimus: utrum

Laudare quid ſignificat

Squalere

a tuba lituus auguralis appelleẗ:an tuba a lituo augurum lituus dicta ſit. Vtrūq;.n.
pari forma & pariter in capite incurrum eſt. Sed ſi(ut quidam putant)tuba a ſonitu.
Lituus lituus appellata eſt ex illo. Homeri uerſu λιγξε βιος neceſſe eſt ut uirga auguralis a
tubæ ſimilitudine lituus uoceẗ Vtitur aut uocabulo iſto Virgilius ꝑ tuba:ut ibi: Et
lituo pugnas inſignis obibat & haſta. ſubiecit Auienus: Maturate fugam:qd ſit paꝝ
mihi liquet. Contraria.n.mihi uideẗ fuga maturitati:unde quid de hoc uerbo ſentien
dū ſit:quæſo me doceas. Et Seruius Nigidius homo oīum bonaꝝ artium diſciplinis
maturare egregius. Maturare inqt eſt quod neq; citius neq; ſerius:ſed mediū quidam & tēpera
tum eſt:bene atq; proprie Nigidius: Nam & in frugibus & in pomis mature dicunẗ
quæ neq; imitia ſunt:neq; caduca & nimiū cocta:ſed tpe ſuo temperate adulta: Hāc
interpretationē nigidianam diuus Auguſtus duobus uerbis græcis eleganter expri-
mebat. Nam & dicere in ſermonibus & ſcribere in epiſtolis ſolitum fuerūt: σπεῦδε
βραδεοσ:per ꝙ monebat:ut ad rem agendā ſimul adhibereẗ & induſtriæ celeritas:
& tarditas diligentiæ: Ex qbus duobus contrariis fit maturitas. Sic ergo uirgilius in
ducit neptūnum diſceſſum uentis imperātem:ut & tam cito diſcedant tanq̄ fugiant:
& tñ flandi mediocritatē in regreſſu teneant tanq̄ mature.i.temperate abeuntes. Ve-
retur.n.ne in ipſo diſceſſu claſſi noceant:dū raptu nimio tanq̄ per fugam redeūt. Idē
Virgilius maturare & properare tanq̄ plene cōtraria ſcitiſſime ſeparauit his uerſibus:
Frigidus agricolas ſi qñ continet imber: Multa forent quæ mox cælo properāda ſere
no Maturare datur. Bene & elegāter duo iſta uerba diuiſit: Namq; in ꝓperatu rei ru
ſticæ per tēpeſtates & pluuias qm̄ & neceſſitate ocium eſt maturari pōt: p ſerenas ue
ro qm̄ tempus inſtat ꝓperari neceſſe eſt. Sane cum ſignificandū eſt coactius quid &
feſtinatius factum:rectius hoc diciẗ præmaturæ factū quam mature. Sicuti Afrani
us dixit in toga:cui tituli nomē eſt:appetis dominatū: Petēs præmature p̄cocem: In
quo uerſu aīaduertendū eſt ꝙ præcocē inqt non p̄coquē. Eſt.n.caſus eius rectus non
p̄coquis.ſed p̄cox. Hic Auienus uerſus īterrogat. Cū Virgilius inqt Aeneam ſuū tāq̄
oīum pium a contagione atrocis uiſus apud inferos uindicauerit: & magis eū fecerit
audire reoꝝ gemitus quā ipſa uidere tormenta:in ipſos uero campos pioꝝ licēter in
duxerit:cur hoc tm̄ uerſu oſtendit illi partē locoꝝ qbus impii cohibebāẗ. Veſtibulū
ante ipſum primiſq; in faucib9 orci Qui.n.ueſtibulū & fauces uidet intra ipſam ædē
iam ſine dubitatione ſucceſſit: aut ſiquid aliud de ueſtibuli uocabulo intelligēdum:
ſcire deſidero: Ad hæc Seruius: Pleraq; ſunt uocabula qbus uulgo utimur: non tñ li
quido aīaduertimus quid ea ex uera ꝓprietate ſignificent:ſicuti eſt ueſtibulum in ſer
monibus celebre atq; obuium uerbū:nō in oībus tñ qui illo facile utunẗ ad liquidum
ueſtibulū expectatū: Putant.n.ueſtibulū eſſe ꝑtem domus priorē quā atriū uocant: Sed Ceci
lius Gallus uir doctiſſimus in libro de ſignificatione uerboꝝ: q̄ ad ius ciuile ꝑtinent
ſecundo ueſtibulū dicit eſſe nō in ipſis ædibus.neq; ædiū partē:ſed locū ante ianuam
domus uacuū:per quē de uia aditus acceſſuſq; ad fores ædiū fit: Ipſa.n.ianua ꝓcul a
uia fiebat area interſita q̄ uacaret. Quę porro huic uocabulo rō ſit quęri multū ſolet.
ſed q̄ ſcripta apud idoneos auctores legi: ꝓferre in medium nō pigebit. Ve particula ſi
Vetus cuti quædā alia:tū intentionē ſignificat:tū minutionē. Nā uetus & uehemens alteꝝ
Vehemēſ ab ætatis magnitudine cōpoſitū eliſumq; eſt:alteꝝ a nimio impetu & ui mētis īſtru
ctum. Vecors aūt & ueſanus priuationē ſignificat ſanitatis & cordis. Diximus autē
ſupius eos q amplas dom9 antiqtus faciebāt:locū ante ianuā uacuū relinqre ſolitos:
q inter fores domus & uiā medius eēt: In eo loco qui dñm eiuſdē domus ſalutatū ue-

nerant: prius q̄ admitterent̃ conſiſtebāt: & neq; in uia ſtabant: neq; intra ædes erant: Vecors
Ab illa ergo grādis loci conſiſtitiōe & quaſi quadā ſtabulatione ueſtibula appellata Veſanus
ſunt ſpacia: in quib⁹ multū ſtaret̃ ab aduenientibus prius q̄ intromitterent̃ i domū.
Alii conſentiētes ueſtibula eadē eſſe q̄ diximus: in ſenſu tñ uocabuli diſſentiunt. Refe
runt. n. nō ad eos qui aduenuīt. ſed ad illos qui in domo cōmanent qm̄ illic nunq̄ cōſi
ſtunt: ſed ſolius trāſitus cā ad hunc locū ueniunt exeūdo ſiue redeundo. Siue igit̃ ſm
priores per augmentū: ſiue per ſecūdos per diminutionē intelligendū eſt: tñ ueſtibu-
la conſtat areā: q̄ a uia domū diuidit: Fauces a t iter anguſtū eſt: per qd ueſtibulum
de uia flectit̃. Ergo Aeneas: cū uidet fauces atq; ueſtibulū domus impioꝝ: nō ē intra
domū: nec cōtactu ædiū execrabili ſæuoq; polluit̃: ſed de uia uidet loca inter uiam &
ædes locata Bidētes hoſtiæ quid eēnt inqt Auienus: interrogaui quēdam de grāmati
coꝝ cohorte & ille bidētes oues eſſe reſpondit: iccircoq; lanigeras adiectum: ut oues
planius demonſtrarent̃. Eſto inquā oues bidētes dicant̃. Sed q̄ ratio huius in ouib⁹
epitheti ſcire inquā uolo. Atq; ille nihil contractus: oues inquit bidetes dictæ ſunt: ꝙ
duos tantū dentes habeāt. Tunc ego ubi terraꝝ queſo te inq̄ duos ſolos per naturam
dentes habere oues aliqñ uidiſti. Oſtentū. n. hoc eſt factis piaculis ꝓcurandū. Tū il-
le pmotus mihi & irritatus: q̄re inquit ea potius quæ a grāmatico q̄renda ſunt. Nam
de ouiū dentibus opiliōes percūctant̃: Facetias ego nebulonis hoīs riſi: & reliq: Sed
te pcūctor quaſi ipſius uerboꝝ naturæ conſciū: Tū Seruius de numero dentiū quē il
le opinatus eſt rephendēdus a me nō eſt: cū ipſe iā riſeris. Veꝝ ꝓcurandū mihi eſt ne
illud obrepat ꝙ bidētes epithetū ſit ouiū cum Pōponius egregius attellanaꝝ poeta i
gallis trāſalpinis hoc ſcripſerit: Mars tibi uoueo factuꝝ: ſi unq̄ rediero bidēte uerre.
Publius Nigidius in libro quē de extis cōpoſuit bidētes appellari ait non oues ſolas:
ſed oēs beſtias bimas. Neq; tñ dixit: cur ita appellent̃: Se in cōmentariis ad ius pon-
tificum pertinētibus legi bidēnes primo dictas. d. littera ex ſupfluo (ut ſæpe aſſolet)
interiecta ſicut ꝓ reire redire dicit̃: & pro reamare redamare: & redarguere pro rear-
guere. Ad hiatum. n. duaꝝ uocaliū ꝓcurandū interponi ſolet. d. lr̃a. Ergo bidētes pri
mū dictæ ſunt quaſi biēnes & lōgo uſu loquendi corrupta eſt uox: & ex bidēnibus bi
dentes dictæ. Higinus tñ: q ius pontificū nō ignorauit in. v. libroꝝ quos de Virgilio
fecit bidentes appellari ſcripſit hoſtias: q̄ per ætatē duos dentes altiores haberēt: per
quos ex minore in maiorē tranſcēdiſſe conſtaret ætatē. Iteꝝ q̄rit Auienus in his uerſi
bus Frena pelethronii lapithæ gyroſq; dedere impoſiti dorſo: atq; equitē docuere ſub
armis Inſultare ſolo & greſſus glomerare ſupbos ut Virgilius equi oſticiū equiti de-
derit. Nā inſultare ſolo & glomerare greſſus: equi conſtat eſſe nō equitis Bene inquit
Seruius hæc tibi quæſtio nata ex incuria ueteris lectionis. Nam quia ſeculū noſtrum
ab Ennio & omni bibliotheca uetere deſciuit: multa ignoramus quæ non laterent: ſi
ueterum lectio nobis eſſet familiaris. Omnes enim antiqui ſcriptores ut hominem Eques dr̃
tantum ſed equum quoq; dixerūt Ennius libro animalium. vii. ait: Deniq; ui magna tam hō q̄
quadrupes eques atq; elephanti proiiciunt ſeſe: Nunquid dubium eſt quin equitem equus
in hoc loco ipſum & equum dixerint? cum addidiſſet illi epitheton quadrupes? Sic
& equitare quod uerbum e uocabulo equitis inclinatum eſt: & homo utens equo &
equus ſub homine gradiens dicebatur. Lucillius nanq; uir apprime linguæ latinæ ſci-
us equum & currere & equitare dicit hoc uerſu Nempe hunc currere equū nos atq;
equitare uidemus: Ergo & apud Maronē: qui antiquæ latinitatis diligens fuit ita in-
telligendum eſt atq; equitē docuere ſub armis. Ideſt docuerūt & equum portantem

Acer hominē inſultare ſolo: & greſſus glomerare ſupbos. Subiecit Auienus: Cū iam trabibus cōtextus acernis ſtaret equus ſcire uellē in eq fabrica caſu ne an ex īduſtria hoc genus ligni noīauerit. Nā licet unū pro quolibet ligno ponere poeticę lićētiæ ſit: ſolet tñ Virgilius temeritatē licentiæ nō amare: ſed rōnis certæ uim reꝝ uel nominū eligere.

MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS SATVRNALIORVM. LIBER. VII.

p RIMIS menſis poſt epulas iam remotis & diſcurſum uariantibus poculis minutioribus: Prætextatus ſolet cibus inquit cū ſumit̄ tacitos efficere potus loquaces. At nos & inter pocula ſilemus tanq̄ debeat ſeriis uel ēt philoſophicis carere tractatibus talē conuiuiū: Et Symmachus: Verū ne ita ſentis Vecti? ut philoſophia conuiuiis interſit: & nō tanq̄ cenſoriæ quædam & plus nimio uerecunda materfamilias penetralibus ſuis contineat̄ nec miſceant ſe libero: cui ēt tumultus familiares ſunt: cum ipſa huius ſit uerecundiæ: ut ſtrepitum non mō uerborū ſed ne cogitationum quidē in ſacrarium ſuę quietis admittat Doceat nos uel peregrina inſtitutio & diſciplina a parthis patita: qui ſolent cum concubinis non cū coniugibus inire conuiuia: tanq̄ has & in uulgus produci & laſciuire quoq; illas non niſi domi abditas tueri deceat tectū pudorem. An ego cenſeat producendam philoſophiam. quo rhetorica uenire ars & profeſſio popularis erubuit? Iſocrates. n. græcus orator qui uerba prius libera ſub numeros ire primus coegit: cū in cōuiuio a ſodalibus oraret̄: ut aliqd in mediū de eloqntiæ ſuæ fonte ꝓferret: hāc ueniā deprecatus eſt. Quæ pſens inqt locus & tps exigit: ego nō calleo: quæ ego calleo: nec loco pſenti ſūt apta nec tpi. Ad hæc Euſtachius: Probo Symmache ꝓpoſitū tuū: q; phiam ea quā maximā putas obſeruatiōe uenerariſ: ut tm̄ intra ſuū penetral exiſtimes adorandā. Sed ſi pp hoc a conuiuiis exulabit: procul hinc faceſſant & alūnæ eius honeſtatē dico & modeſtiā nec minus cū ſobrietate pietatē Quā. n. harū dixerim minus eſſe uenerabilē? Ita fit ab eiuſmodi cœtibus relegatus matronaꝝ talium chorus libertatē conuiuiorū ſolis concubinis. i. uitiis & criminibus abdicat Sed abſit: ut philoſophia quæ in ſcholis ſui ſollicite tractat de officiis cōuiuialibus: ipſa conuiuia reformidet: tanq̄ non poſſit rebus aſſerere. quæ ſolet uerbis docere aut neſciat ſeruare modū cuius in oībus humanæ uitæ actibus terminos ipſa conſtituit. Neq;. n. ita ad menſas inuito philoſophiam ut non ſe ipſa moderetur cuius diſciplina eſt reꝝ omnium moderatiōem docere. Vt ergo inter te & Vectium uelut arbitrali iudicatione componā aperiam: quidem philoſophiæ tricliniorꝝ fores. Sed ſpōdeo ſic interfuturam: ne menſuram notæ ſibi ac ſectatoribus ſuis diſpenſationis excedat. Tunc Furius: Quia te unicum Euſtachi inquit ſectatorem philoſophiæ noſtra ætas tulit: oratus ſis ut modum diſpenſatiōis: quam das ei conuiuanti: nobis ipſe patefacias. Et Euſtachius: Primū hoc eam ſcio ſeruaturā: ut ſecum æſtimet pręſentium ingenia conuiuaꝝ. Et ſi plures peritos ue uel ſaltem amatoris ſui in conuiuii ſocietate repperit: ſermonem de ſe patiet̄ agitari: quia uelut paucæ litteræ mutæ diſperſæ inter multas uocales in ſocietatē uocis facile manſueſcūt: ita rariores imperiti gaudētes cōſortio peritoꝝ: aut conſonant ſi qua poſſunt aut reꝝ talium capiunt̄ auditu. Si uero

plures

plures ab inſtitutione huius diſciplinę alieni ſint: prudentibus qui pauciores intererũt
ſanciet diſſimulationẽ ſui & patiet᷑ loquacitatẽ maiori parti amicorum ſociare: ne rara
nobilitas a plebe tumultuoſiore turbet᷑. Et hæc eſt una de uirtutibus philoſophiæ. qa
cum orator nõ aliter niſi orãdo ꝓbetur: pħus non minus tacendo pro tp̃e q̃ loquẽdo
philoſophat᷑. Si ergo pauci aderunt doctiores. in conſenſum rudis cõſortii ſalua & in-
terquieſente ueri notione migrabunt: ut oĩs diſcordiæ ſuſpitio faceſſat. Nec mirum ſi
doctus faciet: quod fecit quondam Piſiſtratus athenaꝝ tyrannus: qui cũ filiis ſuis re-
ctum dando conſilium non obtinuiſſet aſſenſum: atqꝫ ideo eſſet in ſimulate cũ liberis
ubi hoc æmulis cãm fuiſſe gaudii cõperit ex illa diſcordia ſperantibus in domo regnã
tis naſci poſſe nouitate: uniuerſitate ciuiũ cõuocata ait: ſuccenſuiſſe quidẽ ſe filiis nõ ac
quieſcentibus patriæ uoluntati: Sed hoc ſibi poſtea uiſum paternæ aptius eſſe pietati
ut in ſñiam liberorum ipſe concederet. Sciret igit᷑ ciuitas ſobolẽ regis cũ patre eſſe con
cordem. Hoc cõmento ſpem detraxit inſidiantibus regnantis quieti. Ita in oĩ uitæ ge-
nere præcipuæqꝫ in lætitia conuiuiali oẽ quod uidetur abſonum: in unam concordiam
ſoni ſalua innocentia redigendum eſt. Sic Agathonis conuiuiũ. qa Socrates Phedros
pauſanias & Erymmachos habuit Sic ea cœna quã Callias doctiſſimus dedit Char-
niadam dico Antiſthenem & Hermogenẽ cæteroſqꝫ his ſimiles uerbũ nullũ niſi phi-
loſophũ ſenſit. At uero Alcioni uel Didonis menſa quaſi ſolis apta delitiis habuit hæc
Ioppam: illa Poliphemum cithara cauentes. Nec deerant apud Alcionum uiri ſaltato
res: & apud Didonem Bitias ſic auriens merũ ut ſe totũ ſuperflua eius effuſione ꝓlue
ret. Nonne ſiqs aut inter phæacas aut apud pœnos ſermones de ſapientia erutos cõui
uialibus fabulis miſcuiſſet: & gratiã illis cœtibus aptam perderet: & in ſe riſum plane
iuſte moueret. Ergo prima eius obſeruatio erit æſtimate conuiuias: Deinde ubi ſibi lo
cum pr̃uiderit: nõ de ipſis ꝓfunditatis ſuæ inter pocula ſecretis loquet᷑ nec nodoſas &
anxias ſed utiles quidẽ facileſqꝫ quæſtiõis mouebit: Nã ſicut inter illos qui exercitii ge
nus habent in mediis ſaltare conuiuiis: ſiqs ut ſe amplius exerceat: uel ad curſum: uel
ad pugillatum ſodales laceſſiuerit: quaſi ineptus relegabit᷑ ab alacritate conſortii. Sic
apud menſam qñ licet aptis philoſopandũ eſt ut crateri liquoris ad lætitiã nati adhi-
beatur non mõ nymphaꝝ ſed muſaꝝ quoqꝫ admixtione tẽperies: Nã (ſicut fateri ne-
ceſſe eſt) in oĩ conuentu aut tacendum eſt: aut loquendũ. Quæramus ſilentiũ ne con
uiuiis: an & oportunus ſermo conueniat: Nã ſicut apud athenas ariopagitæ tacentes
iudicant ita inter epulas oportet ſemp ſileri. Non eſt ultra quærendũ inter menſas phi
loſophandum nec ne ſit. Si uero non erunt muta conuiuia: cur ibi ſermo permittit᷑ ho
neſtus ſermo ꝓhibet᷑: maxime cũ non minus quã dulcedo uini hilarẽt uerba cõuiuiũ:
Nam ſi Homeri latentẽ prudentiã inſcruteris altius: delinimẽtũ illud quod Helena
uino miſcuit: nõ herba fuit: nõ ex india ſuccus: ſed narrandi oportunitas: quæ hoſpitẽ
mœroris oblitũ flexit ad gaudiũ. Vlyxis.n. præclara facinora filio præſente narrabat.

πάντα μεν οὐκαν εγὼ μῦθήσομαι ὀδ' ὀνομήνω
ὅσσοι ὀδυσῆος ταλασιφρόνος εισιν ἀεθλοι
ἀλλ' οἷον τοδ' ερεξε και ἔτλη κάρτερος ἀνηρ
δήμῳ ενι τρώων οτι πασχετε πήματ' ἀχαιοι

Ergo paternã gloriam & ſingula eius fortia dicendo animum filii fecit alacriorem &
ita credita eſt contra mœrorẽ uino remedium miſcuiſſe. Quid hoc inquis ad philoſo-
phiam? Immo nihil tam cognatum ſapientiæ: quã locis & temporibus aptare ſermo
nes perſonarum quæ aderunt æſtimatione in medium uocata: Alios.n. relata incita-

ruut exempla uirtutum: alios beneficioꝝ nõnullos modeſtię: ut & qui aliter agebant:
ſæpe auditis talibus ad emẽdationem uenirent. Sic aũt uitiis irretitos: ſi & hoc conui-
uiis exegerit loquendi ordo: feriet philoſophia non ſentientes: ut Liber pater tyrſo ferit
per obliquationem circumfuſæ hedere latente mucrone: qa non ita profitebitur in cõ-
Quomodo baccus ferit uiuio cenſorem: ut palam uitia caſtiget. Cęterum his obnoxii repugnabũt: & talis erit
conuiuii tumultus: ut ſub huiuſmodi inuitati uideantur edicto.

Quod ſupereſt læti bene geſtis corpora rebus
Procurate uiri: & pugnam ſperate parari.

Aut ut Homerus breuius & expreſſius dixit:

Ergo ſi oportunitas neceſſariæ reprehenſionis emerſerit: ſic a philoſopho ꝓficiſcet̃: ut
& tecta & efficax ſit. Quid mirũ ſi feriet ſapiens ut dixi nõ ſentientes: cũ interdũ ſic re
prehendat ut reprehẽſus hilaret̃? Nec tñ fabulis ſuis ſed interrogatiõibus quoq; uim
philoſophiæ nihil ineptũ loqntis oſtendet. Hanc ergo nullus honeſtus actus locuſue
cœtuſue excludat quæ ita ſe aptat: ut ubiq; ſic appareat neceſſaria tãq̃ abeſſe illã nefas
fuerit. Et Auienus: Nouas mihi duas diſciplinas uideris inducere interrogandi uel re
prehendi: ut alacritas utrinq; iis ad quos ſermo eſt excitet̃: cũ dolor ſemp reprehẽſio-
nẽ uel iuſtã ſequat̃. Vnde hæc quæ leuiter attigiſti fac quæſo enarrando planiora Pri-
mũ inq Euſtachius hoc teneas uolo: nõ de ea me reprehẽſiõe dixiſſe: quæ ſpẽm accuſa
tionis hẽt: ſed quæ uituperationis inſtar eſt. hoc græci ſcomma uocãt: non minus qdẽ
amarũ q̃ accuſatio: ſi importune ꝓferatur. Sed ſapientiæ ſic proferetur: ut dulcedine
quoq; nõ careat. Et prius tibi de iterrogãdo reſpõdeã. Qui uult amœnus eẽ cõſultor:
ea interrogat quæ ſunt interrogato facilia reſponſu: & quæ ſcit illũ ſedula exercitatiõe
didiciſſe. Gaudet.n. quiſqs prouocat̃ ad doctrinam ſuã in mediũ proferendam: qa ne
mo uult latere quod didicit: maxime ſi ſcientia quam labore quæſiuit: cũ paucis illi fa
miliaris & plurimis ſi incognita: ut de aſtronomia uel dialectica cæteriſque ſimilibus
Tunc.n. uidet̃ conſequi fructũ laboris. cum adipiſcunt̃ occaſionem publicandi q̃ di-
dicerant ſine oſtentationis nota qua caret qui non ingerit: ſed inuitat̃ ut ꝓferat. Cõtra
magnæ amaritudinis eſt. ſi corã multis interroges aliquẽ qd non optima ſciẽtia quęſi
uit. Cogitur.n. aut negare ſe ſcire: quod extremũ uerecundiæ damnũ putãt: aut reſpõ
dere temere & fortuito ſe euentui ueri falſiue cõmittere. Vnde ſæpe naſcit̃ inſcitiæ ꝓdi
tio: & oẽ hoc infortuniũ pudoris ſui imputat conſulenti. Nec nõ & qui obierũt maria
& terras gaudent cum de ignoto multis uel terraꝝ ſitu uel ſinu maris interrogantur:
libenterq; reſpondẽt & deſcribũt mõ uerbis mõ ratio loca glorioſiſſimum putantes:
quę ipſi uiderant alioꝝ oculis obiicere. Quid duces & milites: q fortiter a ſe facta ſem
per dicturiunt & non tacent arrogantiæ metu? Non ne ſi ut hæc referant inuitentur:
mercedẽ ſibi laboris extimãt perſolutã? remotionẽ putãtes inter uolentes narrare quę
fecerant? Adeo aũt id genus narrationũ hẽt quendam gloriæ ſaporem. ut ſi inuidi uel
æmuli forte præſentes ſint: tales interrogatiões obſtrepẽdo diſcutiãt: & alias inſerẽdo
fabulas prohibeant illa narrari: q̃ ſolẽt narranti laudẽ creare. Pericula quoq; præterita
uel erũnas penitus abſoluas q euaſit: ut referat. gratiſſime ꝓuocat̃. Nã q adhuc in ip
ſis uel paululũ detinet̃ horret admonitionẽ & formidat relatũ. Ideo Euripides expſſit
adiecit.n. σωθέντα: ut oñderet poſt finẽ malorũ gratiã relatiõis incipere. Et poeta nẽ
adiiciẽdo olim: qd aliud niſi poſt emenia infortunia futuro tpe iuuare dicit memoriã
ſedati laboris? Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit. Nec negauerim eſſe maloꝝ ge
nera: quæ nõ uult qui pertulit uel trãſacta meminiſſe. Nec minus interrogatus offen

ditur

ditur ꝗ cum in ipſis malis fuit:ut qui carnifices expertus eſt & tormenta membrorū: ut qui in fauſtas pertulit orbitates:uel cui nota quōdā afflicta cenſoria eſt. Caue inter roges:ne uidearis obiicere. Illū ſæpe ſi potes ad narrandū prouoca:qui recitādo fauo rabiliter exceptus eſt:uel qui libere & fœliter legationē peregit:uel ab imperatore co- miter affabiliterqꝫ ſuſceptus eſt:uel ſiquis tota pene claſſe a piratis occupata ſeu inge- nio ſeu uiribus ſolus:euaſit:qa uix implet deſideriū loquentis rerū talium uel longo narratio iuuat:ſi quem dicere iuſſeris amici ſui repentinā fœlicitatē quantus illi honor acreuerit:quā ſpōte nō audebat uel tacere uel dicere mō iactantiæ mō malitiæ metu. Qui uenatibus gaudet:interrogetur de ſiluæ ambitu de ambage luſtrorum de uena- tionis euentu. Religioſus ſi adeſt:da illi referendi copiam quibus obſeruationibus me ruerit auxilia deorum:quantus illi cerimoniarum fructus. quia & hoc genus religio- nis exiſtimant:numinum beneficia non tacere. Adde quia uolunt & amicos ſe numi- nibus extimari. Si uero & ſenex præſens eſt:habes occaſionem qua plurimum illi con tuliſſe uidearis: ſi eum intrroges uel quæ ad illum omnino non pertinent. Eſt enim huic ætati loquacitas familiaris. Hæc ſciens Homerus quandam congeriem ſimul in terrogantium Neſtori fecit offerri:

Tot loquendi ſemina interrogando congeſſit:ut pruritum ſenectutis expleret. Et uir gilianus Aeneas gratum ſe ad oīa præbens Euandro uarias illi narrandi occaſiōes mi- niſtrat. Neqꝫ.n.de una re aut altera requirit:ſed ſingula lętus. Exquirit auditqꝫ uirum monumenta priorum. Et Euander conſultationibus captus ſcitis ꝗ multa narrauerit Hæc dicentem fauor excepit oium. Sed mox ſubiecit Auienus Vos oēs qui doctoꝝ doctiſſimi adeſtis orauerim:ut hortatu uoſtro Euſtachius quæ de ſcōmate paulo añ dixerit:animet̕ apire Oibuſqꝫ ad hoc ꝓuocantibus ille cōtexuit. Præter categoriā ꝗ eſt ψαΥος:& præter ΔιάβοΛΗν quæ delatio eſt:ſūt alia duo apud græcos noīa lædoria Lœdoria
& ſcomma:qbus nec uocabula latina reperio niſi forte dicas ledriam exprobrationem eſſe ad directam contumeliam. Scomma.n.pene dixerim morſum figuratum: quia Scōma
ſæpe fraude uel urbanitate tegitur.ut aliud ſonet aliud intelligas. Nec tamen ſemp ad amaritudinem pergit:ſed nōnunꝗ iis in quos iacitur & dulce eſt. Quod genus maxi- me uel ſapiens uel alias urbanas exercet præcipuæ inter menſas & Pocula:ubi facilis ē ad iracundiam prouocatio. Nam ſicut in præcipiti ſtantē uel leuis tactus impellit:ita uino uel infuſum uel aſperſum paruus quoqꝫ dolor incitat in furorem. Ergo cautius in conuiuio abſtinendū ſcommate:quod tectā intra ſe hēt iniuriam. Tanto.n.preſſi9 hærent talia dicta ꝗ directe ledoriæ:ut ambico anguloſi ꝗ directi mucrones tenacius infinguntur:maximeqꝫ dicta hmōi riſum præſentibus mouent:quo uelut aſſenſus ge nere confirmatur iniuria. Eſt.n.ledoria hmōi: Oblitus ne es quia ſalſamēta uēdebas? Scomma aūt:quod diximus ſæpe contumeliam eſſe celatam: tale eſt. Meminimus qñ brachio te emungebas. Nam cum res eadē utrobiqꝫ dicta ſit. illud tñ ledoria eſt. Lœdoria
quod aperte obiectum exprobatūqꝫ eſt:hoc ſcōma quod figurate. Octauius qui natu Scōma
nobilis uidebatur. Ciceroni recitanti ait:nō audio quæ dicis ille reſpondit Certe ſole- bas bene foratas habere aures. Hoc eo dictū eſt:qa Octauius lybis oriundis dicebat̕ quibus mos eſt aūt forare. In eundē Ciceronē Laberius:cū ab eo ad cōſenſum nō reci peret̕ dicente reciperē te niſi anguſte ſederemus:ait ille minus mordaciter: Atqꝫ ſole- bas duabus ſellis ſedere. obiiciens tanto uiro lubricū fidei. Sed id quod Cicero dixit ni ſi anguſte ſederemus:ſcomma ſed in.C.Cæſarem:qui in ſenatū paſſim tā multos ad

mittebat ut eos. xiiii. gradus capere non poſſent. Tali ergo genere qđ fœtum cõtume
lie eſt: abſtinendũ ſapienti ſup cæteris in cõuiuio eſt: Sũt alia ſcommata minus aſpera
edentatæ belluæ morſus: ut Tullius in conſulẽ qui uno tm̃ die cõſulatũ peregit. Solẽt
inqt eſſe flamines diales: mõ conſules diales habemus. Et in eundẽ: Vigilantiſſimus ẽ
cõſul noſter: qui in conſulatu ſuo ſomnũ nõ uidit. Eidemq; exprobranti ſibi. ꝙ ad eun
dem conſulẽ nõ ueniſſet. Veniebã inqt ſed nox me cõprehendit. Hæc & talia ſunt: quę
plus urbanitatis: minus amaritudinis habẽt: ut ſunt & illa de nõnullis corporis uitiis
aut parũ aut nihil gignentia doloris: ut ſi in caluitiũ cuiuſq̃ dicas uel in naſum ſeu cur
uam erectionẽ ſeu ſocraticã depreſſionẽ: Hæc. n. quãto minoris infortunii ſunt tanto
lenioris doloris. Contra oculoꝝ orbitas nõ ſine excitatõe cõmotionis obiicit̃. Quippe
antigonus rex Theocriton chiũ: de quo iurauerat ꝙ ei parſurus eſſet occidit pp ſcõma
ab eodem de ſe dictũ. Cũ. n. quaſi puniendus ad antigonũ raperet̃. ſolantibus eũ ami
cis ac ſpẽ pollicentibus: ꝙ oĩno clæmentiam regis experturus eſſet: cum ad eius ocu-
los ueniſſet reſpondit: Ergo impoſſibilem mihi dicitis ſpem ſalutis. Erat aũt antigon9
uno orbatus oculo: & importuna urbanitas maledicacem luce priuauit. Nec negaue-
rim philoſophos quoq; incurriſſe nõnunq̃ per indignationẽ hoc genus ſcõmatis. Nã
cum regis libertus ad nouas diuitias nuꝑ erectus philoſophos ad cõuiuiũ cõgregaſſet
& irridendo eoꝝ minitulas quæſtiões: ſcire ſe uelle dixiſſet: cur & ex nigra & ex alba fa
ba pulmẽtum unius coloris edat. Aridices philoſophus indigne ferens: tu nobis inqt
abſolue: cur de albis & nigris loris ſimiles maculæ gignant̃. Scõmata quæ in ſuꝑficie
habent ſpẽm contumelię: ſed interdũ nõ tangunt audientes cũ eadẽ ſi obnoxio dicant̃
exagitant ut contra ſunt quæ ſpẽm laudis habent: & pſonaꝝ audientes efficiunt con-
tumeliæ plenam. De prætore prius dicã. Lucius Quintus prætor de prouincia nuper
reuerterat: obſeruata quod mireris domitiani tpis præturæ maxima caſtitate. Is cum
æger aſſidenti amico diceret: frigidas ſe habere manus: renidẽs ille ait. Atqui eas de ꝓ
uincia calidas paulo ante reuocaſti. Riſit Quintus delectatuſq; eſt: qppe alieniſſim9
a ſuſpitione furtorũ. Contra ſi hoc diceret̃ male ſibi conſidet ſua furta recolẽti: exacer-
baſſet auditũ. Critobolũ famoſæ pulchritudinis adoleſcentẽ Socrates cũ hac cõpara-
tionẽ formæ ꝓuocaret: iocobat̃: non irridebat. Certe ſi dicas cõſumataꝝ diuitiaꝝ uiro
tibi excito creditores tuos: aut ſi nimis caſto gratæ ſunt tibi meretrices. qa cõtinua eas
largitate dicaſti: utiq; delectabunt̃ ſcientes his dictis ſuã cõſcientiã nõ grauari. Sicut
cõtra ſunt: quæ ſub ſpecie laudis exagitãt: ſicut paulo ante diuiſi. Nã ſi timidiſſimo di
xero Achilli uel herculi comparãdus es: aut famoſæ iniquitatis uiro ego te Ariſtidi in
